

Universitätsbibliothek Wuppertal

**Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive
Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios
Corpvs.**

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Homine Corvpto et Instavrato

Chamier, Daniel

[Frankfurt], 1627

Liber decimusnonus, De ieuniis

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-885

LIBER DECIMVS NONVS.

De
IEIVNIIS.

Caput Primum.

DE IEIVNIO, CALVMNIA PAPISTICA.



ERTRACTATO matrimonio, Jeiunia restant, disputata à nostris, Zwinglio, de delectu ciborum: Caluino, Institutionis lib. 4. cap. 12. Martyre, in Judicium 20. & in 1. ad Corinth. 8. Chemnitio, Examinis Tridentini parte quarta, loco quarto: Petro Molinio, in Clypeo fidei section. 88. Riuetu in summa controuersiarum part. 2. quæst. 10. & 11. & 13. 14. 15.

II. Papistis, Lindano: Panoplia lib. 3. cap. 9. & sequentib. Peresio, de Traditionibus, parte 3.

Dauentria, ad Confessionis Augustanae articulum de Discrimine ciborum: Horantio, locorum communium lib. 5. capitibus à septimo ad undecimum: Bunderio, Compendij titulo trigesimo quinto: Bailio, Catechismi parte secunda, quæst. 10. & 11. 13. 14. & 15. Polygrano in Assertionibus: Turtiano, pro Canonibus libr. 1. cap. 3. & libro 5. cap. 6. & proximis duobus: Arboreo, Thieophili libri duodecimi cap. undecimo, & libri decimi quinti capite tertio: Alfonso de Castro, verbo Cibus, hæresi secunda, & verbo Jeuniuum: Bellarmino, de Bonis operibus in particulari libro secundo: Costero, Enchiridij cap. 18. Salmerone, Tom. 4. tractat. 10. & 11. partis 1. Ferrario de Antichristo, cap. 12.

III. Ieiunium est abstinentia eorum, ex quibus nutritur corpus, cibi videlicet, potusque. Quæstiones habet tres, ynam, an pertineat ad religione, alteram, quomodo celebrandum, tertiam, quæ sit vis ieiunij.

IV. Prior quæstio inquit, an religionis causa ieiunium debeat, aut possit assimi. Vbi nulla nobis quidem cum Papistis contouersia dispontanda, sed purganda calumnia. Mira enim audacia blaterandi. Polygranus, Nostrates sic emuluntur Spiritum, ut die noctuque nihil clamitent prater carnem: Sic Spiritum volunt esse liberum, ut non finiant unquam corpus esse sobrium. Salinero, Euangelium nouellum, ab hereticis Germania excogitatum, atque confitum, ab ingluvie & ebrietate, demone estum veritorum suadente, omnino exordium capi. Nam, ut olim primos parentes ad gustatum vetit fructus suis suasionibus & fraudibus pellexit, atque ad violandum diuinum preceptum impulit, atque pertraxit, haud dissimil ratione equidem hos miseros, & carni deditos hereticos seduxit atque decepit, ad Ecclesiasque salutares leges contemnendas sollicitauit. Verum hoc primis illis parentibus infelices existunt, quod illorum oculipeccato admisso aperti sunt, & cognoverunt se esse nudos, istorum vero oculi crapula guli que clausi sunt, ut peccatum, quo se atque alios miserere perdunt, non solum non agnoscent, sed etiam impudentissime atque obstinatissime defendunt. Costerus, Malignus spiritus, humani generis hostis acerrimus cum sciat nullum esse genus Demoniorum, quod non ciiciatur oratione, & ieiunio, omnibus viribus contendit Christianos his armis spoliare. Impugnat igitur per hereticos ieiunium, tanquam rem superstitionem, Scripturis, diuinisque voluntati repugnantem. Multa his similia vbiique sunt obvia, ut vix sit quisquam corum, qui, vbi semel in Jeuniu nomen incurrit, non exoneret in nos attam bilem.

V. Nos vero, præterquam quod obscuruimus ad has calumnias tam frequentes, quomodo qui ad Catadupa Nili habitant, scimus immitterissimo hac in nos immido fistulina conuicia declamari, siue vitam dicas, siue doctrinam species. Nam, et si non possimus singulorum, qui in nostris plebis sunt, mores defendere, imo cogimur ipsi grauissime accusare, tamen nostræ causa nullum hinc priuicium creari, nemo est qui non videat, nisi proflus odio cæcus. Quando enim unquam fuit, ut sincerati doctrinæ responderent plebis mores? Quando fuit, ut non multa sibi fex hominum permiserit, contra modisimam, & temperantiam?

VI. At cur non in seipso aliquando conuertunt aciem oculorum, Sycophantæ? Cur dissimulant, quæ apud se sciunt fieri? Audacterdico, quantumcunque sit apud nos auctorita, tamen nihil esse, præter apud illos est. Nam, quis bacchanalia ignorat, inde à Natalibus ad initium quadragesimæ? Quis in Trium Regum vigilia non audiuit immanem licentiam? Cui incognitæ sunt circumcursationes festorum variis locis, quibus, apud Nostrates, Votorum nomen impositum. Flunt ista inter Papistas, & flunt non clam, inque priuatis domibus, aut extra ordinem, sed flunt palam, in publicis conuentibus, & statim temporibus, adeo ut solemnes sint intempories. Cum apud nos, si quid habent quod reprehendant, ultra priuata exempla nihil habeant, atque hæc ipsa ciuismodi, ut qui sic peccat, si reprehendatur, non ausit factum tueri: cum, qui sic insinuant papistice, ne à magistratu quidem prohibeantur, & ferme publico iure se tucant.

VII. Quidquid ijs nos accusent ieiunij aut violati, aut neglegti, apud quos iampridem ieiunij nihil est? Mentiar, si non ipsi cogantur lateri. Breuiter Baronius, §. 5. anni millesimi trigesimi quarti ex ieiunio remansisse duntaxat abstinentiam ab esu carnium. Sed hæc breuitas quanti sit ponderis, hi docebunt: Peresius, Pudet me loqui de hac virtute sacro sancta, quæ nomine tenus hodie in Ecclesia obseruatur: nam neque apud eos solum, qui ieiuniorum prescriptiones damnant, neque apud nos, qui merito eas defendimus, in usu sunt sine ea ieiunia, nisi tantum secundum quandam externam ceremoniam. Putamus enim nos ieiunare, si semel in die, usque ad ingluviem prandium faciamus, probe poti & melius pasti, sumentes cibos, non pronatura sustentatione, aut ruisse

diei duntaxat, sed in tanta quantitate, ut vel Miloni olim pro tribus diebus posset sufficere. Taceo qualitatem & differentiam cibariorum & condimentorum. Nam enim neque mare, neque terra, neque aer, neque saltem salsamentarum sufficiunt gula nostra. Et vicinque tolerabile esset, si hac ingluvie contagio solos laicos comprehendenderet, & non potius multis nostri ordinis sacerdos, religiosos, & prelatos Ecclesia perueraderet, quos video huic rei tantum inuigilare, ut potius ad ventris voracitatem natos esse dixeris, quam ad imitandum Apostolicam modestiam, in fraudem panperum, & destructionem castitatis, qua cum sanctis ieuiis terras iam videatur reliquisse. Quid enim expectabatur à ventre mero, pescibus, variisque aliis cibaris, & irritatoriis pulmentis digesto, nisi ut statim in foedam libidinem despumet, & in motus illicitos prorumpat? Lindanus, ieuium nostra, quæ & vini copia natant, abundantiaque redundant, & piscium varietate carnium superant delicias, adeoque (quod & D. Hieronymus de sue atris moribus conquerebatur) cum Deo ludere videntur, dum pro intercepto qui ex ovis oritur calore, olei flammæ, vini effum, omnisque aromatum generis ignes helluoni infarciunt stomacho, veteribus Christianis omnino fuisse non modo incognita, sed & intolerabilia, atque adeo abominanda piis omnibus vetera cogitantibus, arbitramur notus, quam ut ea de revilla sint verba profunda. En tibi mores: En tibi homines Papistas! Dignos mores, qui nostris insultent moribus. Dignos homines qui nostris hominibus opprobrent ieuium!

VII. Sed enim, non tantum nos eorum vita iustificat: Sed, etiam manifesta calumniæ absurditas, quæ sublati ieuiis crapulam concludit. Atqui hoc à quo sensu? Non enim necesse eos qui non ieuiunt, statim indulgere crapula: Sunt enim ieuium & crapula, extrema duo, inter quæ media sobrietas, quæ quis vti nos prohibuit? Sed idem nimis Spiritus nostros agitat aduersarios, quem in Iudæis olim notabat Dominus Matth. 11. Venit filius hominis edens ac bibens, & dicunt, Ecce homo edax & vini poter. Quidem Spiritus, dæmonium nos habere diceret, si imitari voluissimus monachorum hypocrisi, quibus perpetua sunt ieuiaria. Idem, inquam, Spiritus, qui olim tuit in Tertulliano, cuius libri de ieuiis aduersus Psychicos, id est, Catholicos scripti hoc præclarum initium est, & vere Papisticum. Mirarer Psychicos istos si sola luxuria tenerentur, quæ sapienti nubant, si non etiam ingluvie ducerentur, quæ ieuium oderunt. Agnoſeo animalem fidem, studio carnis qua tota conſtar, tam multiorante, quam multinubentia pronam, ut merito spiritalem disciplinam pro substantia emulam, in hac quoq. specie continentia accuset, proinde gula frenos induentem per nullas interdum, vel seras, vel aridas eas, quemadmodum & bidini per unicas nuptias.

IX. Sin autem doctrinam potius traducunt nostram, tum vero confidentius calumniam retundemus. Damnati enim à nobis ieuium, purum putum mendacium. Contra Caluinus, §. 17. capit. 12. libr. 8. Cum sanctum sit exercitium, cum ad humiliandos homines, tum ad humilitatem confundam, cur eo minus utamur, quam veteres in simili necessitate: Legimus ieuiasse in signum mœſtia & non modo Israeliticam Ecclesiam, verbo Dei formatam, & constitutam, sed Ninivitas quoque, qui nibil doctrina præter unicam Iona predicationem habebant. Quid causa est igitur, cur nos non idem agamus? At externa est ceremonia, quæ in Christo una cum aliis accepit. Imo hodieque optimum fidibus adminiculum est (ut semper fuit) & utilis admonitio ad seipso excitando ne sua nimia securitate & socioria Deum magis ac magis prouocent, dum eius flagellis castigantur. Hæc nostra est doctrina, accusent si possint, aut taceant, certe calumniari desinant.

X. Ceterum ieuium per se non censemus ullam esse religionis partem, quia corpus tantum respicit, per accidentem tamen fieri religiosum, nimis prout usurpatur, vel ad macerandam subigendamque carnem, ne lascivitati peccata, vel vt ad preces, sanctasque meditationes melius simus comparati, vel vt testimonium sit nostra coram Deo humiliationis, dum volumus rectum nostrum coram Deo confiteri. Itaque solitarium, & per se, vel nullo modo pertinere ad religionem, vel esse superstitionem. Vnde nos illa quidem medicis permitimus in solidum, hæc etiam damnamus.

XI. Atque hinc occasio calumniæ. Nam quia apud Papistas nulla sunt iampridem legitima ieuium, nulla non superstitione, non potuimus nos tam illegitima, tam superstitione ieuium non reprehendere, non exterminare è medio nostri, quomodo reliqua omnia, quorum cumulus totam immutauit Ecclesiæ Christianæ faciem. Nec potuerunt illi æquo animo ferre, ita se reprehendit, ita abiici suas quisquilias, hæc impatientia abiit in furorem, furor nihil sibi non permittit. Sed hic, ut in reliquis, nostra nos tuerit conscientia. Qui enim scimus, Catholicos olim, et si improbarunt & Gentilium, & Marcionitarum ieuium, non tamen non amassæ ieuium, didicimus longum esse inter uallum inter eos, qui Papistica non tolerant ieuium, & eos qui omnino ieuium contemnunt.

XII. Missis ergo his calumniæ latratibus, videamus quomodo sit ieuium celebrandum. Et primo, quæ sit in eo abstinentia, tum, quod tempus ieuiandi.

C A P. II.

De vna cœna in ieunio.

I. Ieiunij nomine Bellarmino scriptis videti abstinentiam à cibo significat. Salmero dilutius. Ieiunium in cibi potusque parsimonia consistere. Vt que varia distinxit ieunia. Ille Spirituale, morale, naturale, Ecclesiasticum. Ille, Naturale, ciuile, morale, Euangelicum, Ecclesiasticum. Spitiuale, est abstinenciam à peccatis. Morale, parsimoniam, temperantiamque cibi & potus, quam Philosophi quoque, duce natura, & ratione, approbauerunt, vnde etiam Philosophicum appellavit Salmero. Naturale, abstinentiam ab omni prorsus cibo vel potu, quacunque ratione sumpto, & sumptionem definiri deiectionem in stomachum. Euangelicum, arctiorum vietus rationem, quam vel temperantia, vel robusta corporis valetudo concedat, citra tamen vitæ, vel rei ad salutem necessariae, vel melioris operis, dispensum. Ecclesiasticum, abstinentiam cibi secundum Ecclesiæ regulam asumptam.

II. At nos primo ieunium definimus διορθωτὴν αἵτην, vt loquitur Nysenus oratione in principium ieunij, item, de pauperibus amandis, abstinentiam cibi potusque, adeo ut nihil sumatur, quod vñsi sit corpori nutriendo, sustentandoque, & tum definatur ieunari, cum quid tale sumitur.

III. Itaque probare non possumus Bellarmini definitionem, non Salmeronis. Bellarmino, quæ dubium relinquat, vtrum eo nomine significetur abstinentia cibi. Salmeronis, quia longe aliud sit abstinentia, aliud parsimonia: nempe quia eti omnis abstinentia possit appellari parsimonia, quia parcit rerum vñsi, tam non omnis parsimonia est abstinentia, non enim vere dicitur abstinenre à pecunia, qui parcit pecunia, neque vero ipsi Papistæ abstinentia eum dixerint à matrimonio, qui non nisi raro vratur. Peccauit ergo Salmero, qui in definiendo vñsi sit genere remotiori, quasi qui definiret hominem substantiam rationalem.

IV. Præterea, ieunium illud spirituale ἀπεριπλόν, quia eti sit abstinentia, tamen non à cibis. Itaque ieunium non est, quia ieunium non significat abstinentiam omnem, sed tantum quandam. Et si ieunium appellatur, non nisi per metaphoram, quomodo alia possunt infinita. Nam & cœlibatus, potest ieunium hoc modo dici, & Fratrum ignorantium professio, etiam ieunium, & quid non? Nam & cœlibes abstinent à mulieribus, & Fratres illi, ab omni scientia.

V. Nemorale quidem ieunium οὐσίαν. Neque crediderim dari vñlum posse exemplum huius οὐσίας, eti sciam non ab ludere Caluinum. Et vero temperantia media est inter ieunium & crapulam, non ergo ipsa ieunium, nisi forte morale, nimirum propter abstinentiam à vñtio. Præterea, huiusmodi temperantia perpetua esse debet, quia nunquam quisquam bonus vir temperantie habens laxat. Ac ieunium perpetuum nondum mihi quidem auditum est.

VI. Verum ista sunt leuiuscula, eoque facilius condonanda, quod nullam habeant de rebus controvësiam, tantum in modo loquendi diuersitatem. Sed duo restant duriora, direcete contra ieunij naturam, quia contra abstinentiam. Bellarminus disputat vnam in ieunio refectionem, eamque cœnam esse debere, non prandium, post etiam habendum esse ciborum delectum, & præsertim à carnibus abstinentum. Nos contra, nullam refectionem in ieunio esse posse, nullum delectum ciborum, imo quicunque cibo sumptu solui ieunium. Et delectum hunc præterea esse aduersum fiduciæ. De vna cœna videamus.

VII. Bellarmine argumentum primum est à Scripturis. Iudicum 20. Ieiunauerunt illa die usque ad vesperam. Item 2. Samuelis cap. 1. ac 3. & alibi. A quo more, mos fluxit Judæorum & Saracenorum, in ieuniis non sumendum cibum, ante quam stellam viderint, teste Tertulliano libro contra Psychicos extremo, & Hieronymo, 2. contra Jounianum. Et Alcorani cap. 2.

VIII. Alterum argumentum à variis Veterum testimoniis, ex quibus constat hora nona solitus esse cibum capi, ita scribentibus Tertulliano libro de Jeuniu: Athanasio de Virginitate: Basilio Oratione prima de Jeuniu: Epiphano in fine librorum aduersus hæreses: Ambrosio in Psalmum 118. Sermon. 8. Hieronymo ad Eustochium de custodia Virginitatis: Prudentio in hymno post ieunium: Paulino Epistol. 6. Chrysostomo homil. 4. & 6. in Genesim: Augustino Epistol. 86. & 118. Cassiano Collationis 21. cap. 23. Benedicto in regula cap. 41. Bernardo Serm. 3. de Quadragesima.

IX. Respondo, incōsiderate hæc omnia aduersum se proferre Bellarminum. Nam omnia dico loqui de fine imponendo ieunio, non autem de ratione ieunij. Est autem longe alia quæstio, quamdiu durare oporteat ieunium, aliud quid, dum ieunetur, agendum. Nos agnoscamus humani corporis infirmitati consulendum, vne vñlum ieunium fit non tantum perpetuum, sed ne nimium quidem. Itaque, finem tandem imponendum abstinentia, cui aut perpetua, aut prolixiori nullæ vires sufficient. Hoc iure, iis diebus, quibus ieunatur, posse sumi cibum, semel, & quidem vñper. Sed hunc cibum negamus ieunio imputandum, imo dicimus eo cibbo solui ieunium.

X. Ethuc pertinent omnia, quæ Bellarminus se legit sine iudicio. Nam in Scripturis, quid habet? Ieiunatum esse usque ad vesperam. Atqui hæc phrasis terminum significat in quem quid definit: Genesim 11. Venerunt usque ad Aram, & habitauerunt ibi. Nimirus desit id iter in Aram, adeo ut progressus vltra non fieret, itaque additur illud de habitatione: Matthæi 11. Omnes Propheta & ipsa lex usque ad Ioannem prophetarunt. Infinita sunt huiusmodi. Itaque illud ieunare usque ad vesperam, significat præscriptum in ieunio tempus, ideoque ad vesperam cessasse ieunium, ac reficiendo corpori indulsum, hoc i. Samuelis 14. Maledictus vir qui comedit panem usque ad vesperam. Nempe, id temporis præfiniebatur ieunij finiendi.

XI. Neque aliter Veteres, quorum alii eadem phrasis usurpat. Epiphanus, ἡγετεῖσιν τὸν ἄγαν καὶ τὸν: In ieunio ad usque horam nonam. Benedictus, Quarta & sexta feria ieunent usque ad nonam, Bernardus, Hactenus usque ad nonam ieunauimus soli, nunc usque ad vesperam ieunabunt nobiscum uniuersi reges & principes, clerici & populus, nobiles & ignobiles, simul Tom. III.

in unum diues & pauper. Et ex his quidem Bellarmino verbis patet sensus. Hancen, inquit, ad nonam ieunauimus, nunc usque ad vesperam. Nam si vna cœna pertinet ad ieunium, cur non ad vesperam usque tum ieunabatur, cum cœnabatur nona?

XII. Alij etiam disertius testantur tum definere ieunium, cum coenatur. Prudentius.

*Non brevis voti dape vendicata
Solumus festum fruimur q̄ mensis
Affatim plenis.*

Et vero erat phrasis solennis, soluere ieunium. Boetius lib. 2. de Consolacione metro 5.

*Felix nimium prior atas,
Contenta fidelibus aruis;
Nec inuerti perdita lux;*

id est, finem imponere: Concilium Bracarense primum, cap. 16. Si quis quinta feria Paschali, quo vocatur cœna Domini hora legitima post nonam ieunus in Ecclesia Missas non tenet, sed secundum seculam Priscilliani festinitatem ipsius diei ab hora tertia per Missas defunctorum, soluto ieunio colit, anathema sit. Toletanum quartum, Quidam in die passionis Dominica ab hora nona ieunium soluant, conuiuiis adhibentur. Et post, Quicunque in eo ieunium præter parvulos, senes, & languidos, anteprecepta indulgentia preces soluerit, à Paschali gaudio depellatur. Multa occurunt similia, ex quibus constat, soluere ieunium dici cum, qui non amplius ieunet. Ipsius Bellarminum, lege cap. 22. inuenies, autore Tertulliano libro de ieunio, stationem finiri hora nona, aut ad vesperam, Similis enim, inquit, ieunium soluebatur & statio: Et post, tamdiu stationem durare, quamdiu non soluitur ieunium. Vnde perspicuum, soluere & finiri, nulla notione differre. Denique Prudentij is hymnus inscribitur post ieunium. Itaque elegans est eius periphrasis soluti ieunij hora nona,

*Nona summissum rotat hora solem,
Partibus vix dum tribus euolutis:*

*Quarta deuexo supererit in axe
Portio lucis,
Nos brevis voti dape vindicata
Solumus festum fruimur q̄ mensis
Affatim plenis, quibus imbuanatur*

Plena voluptas.

Itaque, qui fruatur mensis, hoc est, qui sub vesperam cœnat, hunc eo ipso definiere ieunare. Quæ causa illi nominandi brevis voti, nimurum, quia non longum tempus sit ab initio diei, ad nonam.

XIII. Ab his reliqui omnes explicant: Athanasius ἀρχὴν τὸν ἄγαν εἰς ἕπειδεις τὴν πάσην τὴν θεοῦ θεοῦ, Ἀρχὴ τοῦτο, μετὰ τὸν ἄγαν τὸν δέκατον τὸν δέκατον, Hora diei nona postquam tota fuerit in hymnis & precibus, sumito panem tuum. Basilus, Exspectas vesperam ut cibum capias. Paulinus: Pauperem mensam vesperinus coniuua non horruit. Chrysostomus, Non existimemus inediām tristis ad Vesperam ad salutem nobis sufficere. Quid cæteros enumerem? Omnes significant extremo die sumptum cibum: Hoc quis negat? Sed tum, cum sumeretur cibus ieunatum esse, siue eum cibum, esse partem ieunij nemo dixit.

XIV. Addit rationem ex Thoma, ieunium ideo institutum, vt natura dometur, non destruatur. Domatur autem & non destruitur, si assueta bis cibum capere semel tantum sumat, destrueretur, si nihil sumeret, & non domaretur, si nihil amitteret.

XV. Bona, inquam, ratio, quæ probet finem imponendum ieunio, qui, si nullus sit, tum omnino destruet naturam. Sed quando sit finis imponendum non docet hæc ratio, neque sane necesse est naturam humanam destrui, si ultra vñlus dieculæ limites proferatur abstinentia. Sed esto tamen, neque enim hæc nunc questio est. At profecto ratio hæc non evincit, vnum coniuium, partem esse ieunij, non probat, inquam, non solum ieunium, cum venitur ad cœnam, quod nos contendimus.

XVI. Itaque ludebat Bellarminus, cum hæc argumenta tractabat. Nos contra habemus Scripturæ diserta testimonia: haud aliter ieunium describentis, quam ab omnimoda cibi abstinentia. Lucæ 4. Dees quadragesima tentante cum Diabolo, neque comedit quicquam per illos dies. Et id Matthæus ieunium appellauit cap. 4. Et cum ieunasset dies quadragesima, & noctes quadragesima, posse ea esuriuit. Ester 4. Vade & congrega omnes Iudeos, quos in Susa reperiatis, & orate pro me. Non comedetis, & non bibetis tribus diebus, & tribus noctibus, & ego cum ancillis meis similiter ieunabo. Ionæ 3. Homines, & iumenta & boves, & pecora non gustent quicquam, nec pascantur, & aquam non bibant. Et in Apocrypho Tobie cap. 3. Perrexit in superius cubiculum domus sua, & tribus diebus, & tribus noctibus non manducauit neque bibit. Tertullianus, Apologeticæ cap. 40. Nos ieuniis aridi, & omni continentia expressi, ab omni vita fruge dilari, in sacco & cinere vcluzines, inuidia colun tundimus.

XVII. Sed illi ipsi Veteres, quibus testibus vñsi est Bellarminus, nobis potius testes disiunt: nam, qui ad Vesperam cibua sumebant, & dicebant ieunare usque ad vesperam, tum autem soluere ieunium, eo ipso manifestum faciebant, sibi pro certo esse, ieunium constare ex omnimoda cibi abstinentia, quod nos etiam tuemur.

XVIII. Itaque mirum est Bellarmino, non tantum illud de uno coniuio disputatione esse, verum etiam contra Chemnitum, posse ieunantes bis cibum sumere. Sic enim solent Papistæ, non amplius vñica cœna esse contenti, exspectareque vesperam, sed nonam etiam præuenire, reficerque corpora hora sexta, tum ad vesperam iterum. Magna, si forte, abstinentia laude, & noua disciplina seruitate, quæ, si in Tertullianum incidet, næ illa grauissima daret pœnas, & audiret, tum domicilium interioris hominis eis stipasum, vñcis inundatum, decoquendis iam stercoribus & stuans, premitatorum latrinarum, in quo nibil plane tam in proximo superfite, quam ad lasciviam sapere. Sed nos sumus clementiores, quantumvis illi non parari referant. Jubemus tamen Bellarminum legere ex Sermon. 60, de Tempore apud Augustinum, Roge vos fratres charissimi, & admoneo, ut in isto legitimo, ac sacratissimo tempore exceptis Dominicis diebus, nullus prandere presumat, nisi forte ille quem ieunare infirmitas non permitit. Vide, prandere, & non polere ieunare, idem, quod continuo toto sermone. Nam & statim ratio additur, quia in Quadragesima non ieunare peccatum sit.

XIX. Artificium Bellarmino videmus. Primo non imperari, sed tolerari

rari cum morem, nec deesse qui aliter. Secundo, res huiusmodi non determinari iure diuino, itaque posse per Ecclesiasticam legem, vel locorum consuetudinem, & temporum diueritatem variari. Et ita apud Veteres, alios nona cœnæ, alios vesperam exspectasse. Tertiò, non carere probabili ratione, quia Veteres, qui hora nona soluebant ieiunia, solitos esse meridie cibum sumere, & iudicasse sufficere carni domandæ, si tribus horis serius solito cibus sumeretur, nona scilicet pro sexta. At nunc de more tertia solete prandium sumi, itaque si meridie tantum reficiatur corpus, tres adhuc horas produci ieiunium.

XX. Imo, si praeuaricatorem de industria Bellarminus ageret, non posset magis causam prodere. Nam primo, ratio ea nulla est, quare bis eo die sumi possit cibus, sed tantum quare citius soluendum ieiunium. Secundo, ostendit Papistas vii regula Lesbia, quæ flectatur pro variis & locis & temporibus, quod si liceat, nœ nos egregia habebimus ieiunia. Tertio, ieiunium in genere esse diuina lege præscriptum ipse disputat Bellarminus cap. sexto. Quod si est, tum oportet esse aliquid in ieiunio certi, nec inflebitur pro variis circumstantiis, alioquin nullum esset ius diuinum. Hoc autem si verum, ergo ipsa ratio ieiunij debet esse immobilis. At hæc est corporis afflictio. Nulla autem hæc est, si tribus tantum horis serius corpus reficiatur, ipsa teste experientia, atque adeo ipso Bellarmino, qui concedit hora sexta solitum olim cibum sumi: vnde certum illos tribus horis amplius in diuina passos, nec tamen ieiunasse, id est, affixisse corpus. Quartio, si sic argumentari liceat, cur non etiam tertia concludimus posse cibum sumi? Quis enim negat multos in lucem bibere? His ergo, qui sic solent, magnum erit ieiunium, si ad tertiam usque sibi temperent, iudice Bellarmino, quia, quæ ratio est horæ tertiae ad sextam, eadem est prima ad tertiam, æqualem in ieiunium trium horarum intercalato. Denique, quorsum ille mihi non imperari, sed tolerari eiusmodi ieiuniorum ~~τελείωσις~~? Nam, quid ad me, si non imperet, dum probet? Aut quis improbare dici possit ea, quæ rationibus confirmet?

C A P. III.

De Ciborum delectu.

Qvitam procul à iejunio discesserunt, vt etiam in comedendo & quidem bis in die, ausi sint constituere, coacti fuere, vt vimbram saltē eius retinerent. Ciborum delectum inducere: Nam re vera, hoc uno excepto, nihil habent Papistica ieunia, quo differant à communi atque visitata diæta. Bis quotidie cibum sumunt, ne à lauitiis quidem abhorrentes. Nectantur vesperam non exspectantes, aut nonam, sed ne sextam quidem admodum obseruantes. Denique quadragesimam vide, & feriam quintam, sextamque: Mentiā, si quicquam in his sit à reliqua vita mutatum, præter genera ciborum. Itaque, ne sibi ratio iejuniorum prorsus intereat, de delectu seuerius a-
gunt, quem & nos examinare nunc oportet.

II. Ciborum discrimen variis temporibus varij varie sunt introducere conati in Ecclesiam. Primus impetus eorum fuit, qui in Deum blasphemari, in creaturas contumeliosi, naturam ipsam ciborum oderant: Ebionitæ, Encratitæ, Manichæi. Impudentior hæresis fuit, quam ut obtinere posset. Itaque iam olim potenter reprehæsa.

III. Alij subtilius, damnare naturam non ausi, vsum circumcidenterunt. Montanistæ siue Cataphryges primi videntur. quos ab Encratitis natos Epiphanius scripsit. Sed ex Tertulliano satis appetat: diuersam potius seftam fuisse. Nam Encratitæ ipsam naturam damnabant. *Tοις γάρ μετα την φύσιν οὐδὲ οὐδὲ οὐδείς οὐδείς.* Nuptias manifeste Diaboli esse definivunt. *"Ευψυχα βελτίστης οὐτε παρεργούστης, οὐχ επεινεγκατέστης, οὐτε πολιτικός, αλλά τοι φόβον την ιδεαμόντων θεού καθέδεις δια την επιφύλαξιν μετελθήσεος.* Animata abominantur & respiciunt, non abstinentis causa, & severioris vita, sed metu, quod imaginentur se damnatumiri, si animatis utantur. *οὐτοις διατελεσθεῖσι, φόβος νοσείας* & *δακρύσεως.* Vinum omnino non sumunt, dientes esse diabolicum. Hæc Epiphanius Encratitistribuit. Non quorundam vestigium quidem ullum appetat apud Tertullianum, qui Montanistarum partes prolixè & violenter tutatus est aduersus Catholicos, quibus Psychicorum nomen ascripsit, libro de Ieiuniis. Nullis enim hic alis rationibus pugnat, quam quibus aduersum nos hodie Papistæ. Adeo ut Perierius, Psychicos à Tertulliano nominatos, genus quoddam hæreticorum existimaret, Error, inquit, fuit olim Psychicorum, id est, animalium hominum, qui ieiuniorum præscriptions damnabant, dicentes suo arbitrio relinquendos esse homines in ieiunio, quos Tertullianus damnat, & efficaciter conuinct in tractatu, quem edidit contra eos satis Ecclesiastico, & eruditio. Feeda hallucinatione. Cum certum sit, teste etiam Pamelio, cum tractatum editum contra Catholicos, & tamen, ut magis mirere, habuit solum magni nominis Turrianum pro Epistol. lib. 1. cap. 3. Quia in re melius saltem quam nosque omnes illi Psychicos sentiebant, contra quos Tertullianus disputat.

IV. Sed ad rem. Tertullianus diserta protestatio est. Hi Paracletus controversem faciunt, propter hoc noua prophetia recusat, non quod alium Deum pradicent Montanus, & Priscilla, & Maximilla, nec quod Iesum Christum soluant, nec quod aliquam fidem, aut spei regulam euentant, sed quod plane doceant sepius ieiunare quam nubere. Tum ex ea disputatione scimus, Catholicis tria capita facta in Montanistis reprehensa, ieiunia, stationes, & negotijs. Arguant nos, inquit, quod ieiunia propria custodiamus, quod stationes plerunque in vespeream producamus, quod etiam xerophagias obseruemus, siccantes cibum ab omni carne, & omni iuvelentia, & inuidioribus quibusque pomis, ne quid visitositi vledamus, vel potemus, lauaci quoque abstinentiam congruentem a vidoriis.

V. Videtur istos sequutus Eustathius ille, apud Armenos primus autor
vitæ Monasticæ, damnatus in Gangrensi Synodo. Dicitur enim Sozomeno
τὸν πόλιν ἀρπάσας τὸ θρόνον ἐπιτρέψει επιπούν, ex nimia austera-
te vita, incidisse in absurdas observationes, videlicet in coniugio, in cibis, in ve-
stibus. Quanquam, ex actis illius Synodi constat progressum longius, ut et
iam suæ salutis auferret coniugatis.

VII. In easdem immixtis necessario deuentum est abiis, qui, moderatis
se ciuiis non contenti, deferti se passi sunt in immoderatoria, & seueriora,
quam quæ posset ferre humana imbecillitas, vt qui non possent à cunctis,

saltem ab visitatis abstinerent, quia persuasum fuit, *Exceptiones editorum quorundam*, ut loquitur Tertullianus, *esse portionale ieiunium*. Hie Monachii frequentissimi, post etiam populis, saltem in quadragesima. Addita deinde mollesse, ut quibus durior videbatur ad vesperam inanitas, ex parte se aliorum tuerentur, & singulorum dierum ieiunia bene obseruasse putarent, si xerophagias pro ieiunio substituerent.

VII. Ex his habemus Papistri formam. Nam & Monachorum nonnulli ordines sibi perpetuam indixerunt ciborum quorundam abstinentiam , ut Carthusiani , & qui inter Franciscanos Minimi audiunt , aliquie fortasse , quos ego non noui . Et stata ieiunia , nulla aliter celebrantur . Delectus autem ita est , ut carnes segregentur , & quicquid est à carnibus , vt lac , & butyrum , &c. cae- feus . Quanquam non eadem ratione : variant enim mirum in modum obseruationes . Sola quadragesima , præter carnes , lac horret , & caseum , & oua , quibus impune vescuntur sexta feria , & sabbatho . Imo sabbatho etiam carnis , si Ecclesia , in qua est Cathedra Episcopalis , sit dicta Beatæ Virginis . Butyrum , apud nos , qui oliuo abundamus , seuerissime interdictum : ast in regionibus minime , quæ butyro sunt fertiles . Hispanis audio permitti animalium intestina , & pedes , & si quid est eiusmodi minutiarum . Qui abstinent carnibus Monachi , si forte infirmentur , molliores sunt , exceptis Cartusianis , qui nullo vita periculo discedunt à suo more . Lerinenes Monachi , intra insulam , & qui in Maiori Monasterio sunt apud Turones , intra claustra , nihil ausint carnium attingere , sed illis extra insulam , his in domuncula , quam habent haud procul à Monasterio , hilarior victus permit- titur .

VIII. Infinita sunt similia inceptiarum exempla, quæ si quis colligat, comperiat nulla certa lege astringi Papisticas ceremonias, sed incertis superstitionibus vagari, quæ cæco impetu cepit, tandem in propria vanitatis sensum desinat, potius quam temeritatis confessionem, vnde fit, ut omissa substantia, retineatur saltem umbra, & hæc quidem tenuis.

I X. Nos contra, sublatis Mofacis ritibus, in quibus illa erat exacta ciborum discretio, deinceps in Euangelio generalem esse docemus esculentorum, poculentorumque libertatem, adeo ut, religionis causa, nihil interstet, quid edas, quid bibas, dum temperantiam ne deferas. Libertatem cum dicimus, ita intelligimus, ut in neutram partem sit seruitus, siue vtendi, siue abstinendi. Itaque, cum verum sit, nunquam imperatum, utique necesse est, non ieunia tantum, sed & delectum nullum posse simpliciter dannati, neque vero haec vñquam mens nobis fuit. Verum hoc si tenendum, non tamen propterea autita illudendum hominibus, ut pro ieuniis, delectus ciborum obtrudatur, aut ita abutendum plebis infinitate, ut scrupuli iniiciantur conscientiis, peccati vlliis admissi, eo quod hoc cibi genere vtantur potius, quam alio.

C A P. IV.

Argumenta Papistica pro delectu ciborum.

I. **P**apistarum primum argumentum, apud Pererium, & Arboreum. **H**a-
bet delectus ciborum autoritatem in lege nature. Nam primis parenti-
bus certum genus cibarij fuit prohibitum, puta, fructus ligni scientia boni &
mali: Genesios secundo. **N**e reliqua quidem cibaria fuere illis omnia per-
missa, sed tantum herbae, aut arborum fructus, Genes. i. **E**cce dedi vobis om-
nem herbam efferentem semen super terram, & uniuersa ligna qua habent in se-
metipsis sementem generis sui, ut sint vobis in escam. Et ita fuit adusque dilu-
uium, cum facta est copia vescendarum carnium, Genes. 9.

II. Respondeo, primo incertum esse, quod de yisu carnium sumitur. Et enim constat certo, occisæ fuisse animantes statim post eiectum hominem ex Paradiso. Genes. 3. factæ sunt ei vestes pelliceæ. Et quanquam dubitent multi, utrum repente creatæ sint, an vero desumptæ ex cæsis animantibus, tamen, præterquam quod audacius est creationem ponere, nulla diserta autoritate, nihilominus id verum esse nequit, nisi de primis vestibus, itaque, non potuerunt cæteræ omnes adusque diluvium aliter constare, quam ex animantium cæde. Præterea, constat ex 4. Genes. sacrificia fuisse oblatæ ex pecudibus, Abel obtulit de primogenitiis gregis suis, & de adipibus eorum. Et Genes. 8. Noc statim egreditus Arca, & ante quam audiaret sibi permissa in cibum quæcumque mouerentur, Aedificauit altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis, obtulit holocausta super altare. Si autem occidere licuit, cur non edere? Nam neque hoc magis contra naturam, quam illud: aut magis crudele cibi causa occidere, quam vestium. Et de sacrificiis notum est, partem sibi sumpsisse qui offerrent.

III. Et tamen, vt hoc in medio relinquamus, secundo respondeo, argumentum esse alienum, quia nos nunc disputemus, non simpliciter de abstinentia, sed ea quo sit ieiunij prætextu, & quidem religosi. Atqui nec verum, eiusmodi ciborum discrimen vel in paradiſo, vel omnino ante diluvium, institutum, vt speciem aliquam ieiunij, sed vt ordinem perpetuum sumendi cibi. Nec nos sane omnes omnino improbamus, qui quancunque ob causam aliquo cibo abstinent, siue sanitatis conseruandæ: siue naturalis antipathiaz, siue etiam arbitrij proprij, sed eos tantum, qui religionis causa aut si bi scrupulos singunt, aut aliis obiciunt.

I V. Denique aliud est, longeque aliud, interdici à Deo aliquid, & à Deo permisum ab hominibus prohiberi. Apud nos, nemo vertit in dubium, quominus Deo ius fuerit, non tantum ab arbore scientia hominem arcere, sed etiam ab esu animalium, sed nunquam nobis Papistæ persuadebunt, idem ius esse yllis hominibus.

V. Secundum argumentum petunt à Veteri Testamento. In lege quoque, inquit, scripta, legimus delectum ciborum esse Deo placitum: Numeror. 6. describitur lex Nazaræorum: *Vir, siue mulier, cum fecerint votum ut sanctificentur, & se voluerint Domino consecrare, à vino & omni quod inebriare potest, abstinebunt. Acetum ex vino & ex qualibet alia potione, & quicquid de vua exprimitur, non bibent, vunas recentes, siccasq; non comedent cunctis diebus, quib; ex voto Domino consecrantur, quicquid ex vinea esse potest, ab una passa usq; ad acinum, non comedent.* Judicium 13. Angelus, qui apparuit matri Sampsonis, ante quam Sampson conciperetur, à vino iubet eam abstineare & sicca, prædicens filium eius fore Nazareum. Et mater Samuelis, primi

Samuelis 1. Deo promittit facturam filium Nazarenum. Deuter. 16. Dominus septem diebus ieiunij panes azymos iubet comedere. Eliæ panis subcinerius traditur ab Anglo, 1. Regum 19. Danielis primo ieiunans vinum non bibebat, neque carnisibus, sed leguminibus vescebat. Hæc ex Peresio & boreo. Bellarminus: Daniel cap. 10. describens formam ieiunij sui, in diebus illis, inquit, ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus, panem desiderabilem non comedti, & caro & vinum non introierunt in os meum. Quod autem, inquit Pererius, Deus reuelat esse faciendum, & sancti promittunt, & Deus ipse acceptandum dicit, non solum laudabile sed imitabile est.

VI. Respondeo, primo neque votum Nazaræorum, neque panes azymos septem dierum, neque subcineritum panem Eliæ, neque legumina Danielis, pertinere ad ieiunium, de quo nobis instituta disputatio est. Etenim Nazaræi certa genera prohibebantur: at non imponebat urluctus, qui semper coniunctus ieiunio in veteri lege: adeo ut idem esset ieiunare & affligere animam suam: neque eis paucior solito refectio mandata legitur, cum absque ea ne Papistæ quidem ieiunium agnoscant. Dies azymorum imperite Persius appellat dies ieiunij, qui potius festi erant.

VII. Ieiunavit Elias, fateor, sed post sumptum panem subcineritium. Etenim ieiunium suscipitur ad infirmandum corpus, atqui contra Elias iubetur hunc panem edere, ad corroborandum, ideoque bis paulo momento, Angelus Domini tetigit eum, & dixit illi, Surge, & comedere. Respxit, & ecce ad caput sicum subcineritius panis, & vas aqua. Comedit ergo, & bibit, & rursum obdormivit, reuersusque est Angelus Domini, & tetigit eum, dixit qd illi. Surge, comedere, grandis enim tibi restat via. Qui cum surrexisset, comedit & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadrageinta diebus, & quadrageinta noctibus. Vnde autor lib. i. de mirabilibus Scripturae cap. 19. non tantum eo cibis refectum dicit Eliam, & eius fortitudine pastum, quod iam est contra naturam ieiunij, sed etiam una sasuritate quadrageinta dierum necessitatem impluisse. Et in Glossa Ordinaria Rabanus. Elias bis pastus, exprimit natura nostra infirmitatem, quibus non sufficit simplex pastus, sed duplex. Adeo nihil hic eraticiunij.

VIII. Sed & leguminum Danielis manifesta causa, non icitium v-
lum, sed metus pollutionis. *Proposuit Daniel in corde suo, ne pollueretur de men-
sa regis, neque de vino potus eius.* Hac ergo occasione postulata legumina, ni-
mirum in vsum continuum vitae. Neque nos vero negamus nullam Christia-
no habendam vñquam rationem ciborum, qui legimus apud Paulum, 1.ad
Corinth.8. *Si esca facit ut offendat frater meus, non vescar carnis in ater-
num.*

I X. Secundo respondeo : nullam esse consequentiam à veteris legis seruitute, ad Euangelij libertatem. Itaque qui à Nazaræorum voto argumentantur tam confidenter, & azymis Paschæ, non ausint idem votum , eademq; azyma restituere. Neque vero si exegit Deus externa sacrificia, ideo & nunc externa villa sacrificia in vñsc esse oportet , cur magis discriminem ciborum ? aut cur non æque illis argumentum, à tam curioso animantium discriminè, quod erat in lege præscriptum? Nimirum ipsi sibi sunt consci, ea nunc esse superstitiosa, qua tunc erant religiosa.

X. Danielis *ieiunium* paulo magis ad rem, vere laudabile, & imitabile. Nam & nos tam magni *ieiuniorum* hostes, si fides Papistis accusantibus, haud solemus aliter. Atqui in eo exemplo nullum profecto *ieiunium* constituitur in *delectu ciborum*. Carnibus abstinuit, an & piscibus indulxit? Nam *hæc nostræ accusationis causa* est, quod Papistæ tum se *ieiunare* credant, cum piscibus vescuntur opipare, & oleribus. Neque vitant non iam *vinum*, quod apud eos in nulla est abstinentia parte, sed ne quidem *panem desideriorum*, quia nulla fugiunt in *piscibus*, aut oleribus lauti ias. Daniel ergo tribus hebdomadis *ieiunauit*, prolixus: ut posset natura durare, nullus prorsus cibo sumpto, itaq; necesse habuiz singulis diebus *ieiunium* soluere, sed cum solueret, tum omne genus lauritias, & delicias vitauit, ut vere se in doloribus esse ostenderet. Hoc nos faciendum docemus, hoc ipsi facimus, hoc si facerent Papistæ, non haberent accusatores. Breuiter, exemplum Danielis ad abstinentiam pertinent, non ad *delectum*, & voluntatis fuit propria, non legis.

XI. Tertium argumentum à Ioanne Baptista, cuius vita perpetuum reu-
nium fuit, is autem non solum à lautitiis in genere, sed in specie ab omni cibo,
& potu abstinebat, præterquam à locustis & melle sylvestri, ut habemus Mat-
thæi 3. Ipse vero Ioannes habebat vestimentum suum ex pilis camelinis, &
zona nam coriaceam circum lumbos suos, alimentum autem eius erat locusta, & mel
agrestis.

XII. Respondeo, de tota Joannis viuendi ratione, paulo post actum iiii:
nunc nullum eius describi ieiunium, itaq; falso sumi à Bellarmino totam eius
vitam fuisse ieiunium, et si nonnullis fatear ita dictum propter austerioriter
alienam à deliciis. Sed Matthæus diserte, *τροφὴ καὶ τρόπος: alimentum eius*, inquit,
sue *εστι εἰς*, quæ phrasis significat rationē non ieiunandi, sed potius vescendi.
Non sequitur autem, si austere, dureq; vixit, ideo ieiunasse. Secundo, nulla
inde in rem præsentem consequentia est, quia hæc Joanni ratio fuit pecu-
liaris, propter peculiarem, & plane extraordinariam vocationem. Itaque ab-
stinuit ab aliis cibis, non tanquam interdictis, quæ seruitus est Papistica, quam
impugnamus. Quanquam abstinuisse, nemo conficiet vlla necessitate con-
sequenter. Non enim *εστι εἰς*, significat nihil aliud prorsus ab eo fuisse
vsurpatum, sed tantum ordinarium eum fuisse cibum. Alioquin, quis credat,
ne pane quidem vsum? Quanquam video Papistis nonnullis assertum. Sed, vt
dixi, phrasis non magis id significat, quam Leuitic. 22. *Vescetur sanctificatis,*
quia cibus illius est. An quia nihil aliud?

XIII. Quartum est ab exemplis Apostolorum apud Bellarminum. Petrus pene semper ieiunans, nihil aliud sumebat, nisi lupinos minuto asce vescentes, vt scribit Nazianzenus in oratione de pauperum amore. Matthæus Apostolus oleribus, baccis, & seminibus, non autem carnibus vescetur, teste Clemente Alexandrino lib. 2. Pædagogi, cap. 1. Jacobus à carnibus & vino abstinebat, vt Eusebius refert, historiæ libr. 2. cap. 22. Timotheum à viño ordinarie abstinere solitus fuisse, perspicuum est ex 1. ad Timoth. 5. Noli adhuc aquam bibere, sed utere modico viño, propter stomachum, & frequentes tuas infirmitates.

XIV. Respondeo, excepto postremo, esse isthac omnia incerta. Certe Petrum constat accommodasse seipsum modo Gentibus, modo Judaeis, testimonio Pauli secundo ad Galatas, quod ytrum vere de eo dici possit, cui præter olera, baccas, & semina, nihil esset in ysu, quis non videt? Rur-

TOMA, SUCCESS,

XVI. Nazianzenus Petri non ieiunium laudat, sed parsimoniam. καὶ λὸν ἡ
δύναται τοι διδοκεῖ μὲν Ἡλίας αὐτὸν παύειν οὐ πρέπει. Ιωάννης δε εἶται καὶ με-
λειστος εἰπειν θέλειν τε τὸ πάθος. Πέτρος δοτασίον θέλειν τε τὸ πάθος. Pulera res virtus tenuitas,
documento mihi est Elias qui apud viduam requiescebat, Ioannes qui Cameli pi-
lis regebatur. Petrus, qui lupinis virico asseemptis alebatur. En tibi locum. Pro
quibus ergo nos Bellarminus habet, ut στρατηγεῖς loco ieiunium obiciat? At
nos scimus vilitatem potius significari, & opponi: οὐ πολλατεία: ut apud Cle-
mentem Alexandrinū ipsi illo capite Pædagogi: πειθῶμεντεῖ φλεῦθεν αὐτὸν
καὶ τὸν πόνον τοῦ πληρεῖται τῷ βέσσαρετον περ τὸν τυχεντὸν εἰ τοὺς διπλεῖται
τοῦ γένους αὐτοῦ τοῦ φαῦς ἵκεν πάτερνον εἰς τὴν ὑγιεινὴν πόλειν: ἀς εἰκότεν δεσμοτοῦν νῆσον
τοῦ πλατύτερου τοῦ πάτερος, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ πατέρος, ἀς φιλόσοφοι τοῦ πλα-
τωνίου. Quandoquidem ita natura comparatum est, ut ne profint corporibus lauti
cibi & dapsiles, contra potius, quibus in usu sunt faciles, i.e. valentiores sunt, &
saniores, exempli gratia, ferni dominis, agricole heris, neq; tantum robustiores, sed &
ingeniosiores, ut philosophi diuitibus.

XVII. In quibus Clementis verbis, non illa tantum oppositio notanda, ~~πολυτελεῖς & δύναμις~~, sed duo præterea, quib. certissimis argumentis constat ~~δέ τε οὐτοῦ~~ non esse ieunium. Prius, quod ea adscribatur, seruis, agricolis, philosophis, quibus, opinor, nō erant ieiunia in frequenti vsu. Alterum, quod ex ea fieri dicuntur *ἰχνεύσῃ, γενεόγῃ, θεμάτεργῃ*, quod certe in ieunio contra est, quo domatur corpus, ipsis testibus Papistis, & infirmantur vires, atque adeo valetudo pericitatur. Itaque ridiculi sunt, qui in argumentum ieuniorum Petri ~~δέ τε οὐτοῦ~~ nobis obiiciunt.

XVIII. Eadem ratio Matthei. Nam Clemens, eo toto capite, de ieiuniis neque *peccatum* neque *auerse*; sed de eadem frugalitate. Atque adeo ab initio statim suum aperiens institutum ὁ ποτήριος την αἰσχύνην, inquit, παρ' ὅλῳ τῷ βιοτῷ γέγονεν καλλιέργεια, καὶ φανερωδὸς ἵστρηστος: *Qualem tota vita eum esse oporteat, qui Christianus audit, describendum capitam.* Eorum capitum primum hoc est τοῦ Σεβαστοῦ οὐρανοφάς αναρτέον: *Quomodo se quis debeat in cibis gerere.* Ergo hoc, inquam, non ad ieiunia pertinet, quæ pars exigua est Christianorum vitae, sed ad totam vitam. Imo illam capitum θεοχρήτου Herucus verit, *Quomodo in coniunctu versari oportet.* Itane? coniunctum in ieiunio? Axiomatica: si ἀρθροί τῶν δραπτῶν, ζεταῖνεισθεντῶν, ἀντερ αὐτούς εἰσιν τὰ ἄλλα ξύλα, τοσοῦτα ἡ γεγενένη πόσια, ὑμῖν ἐδόθησαν παρεγγέλλεται, λινά ξύλα. οὐ περὶ ἐργάζοντος ή μη ἢ τοῦ φύσης, οὐτε συντοποῦται. τοσοῦτον εἰς τὰς φρεγάνες, λινὸν λογεῖται εἰς αὐτοφρεγάνα παρεμπορεῖται: *Etenim alij homines vivunt ut comedant,* videlicet instar aliorum animalium, quibus nulla alia vita quam venter: at nobis Pedagogus praecepit edere ut vivamus, neque enim nostrum opus est cibus, neque finis voluptas, sed causa, commoratio in hac vita, quamratio dirigit ad incorruptionem: διὸ καὶ ἐπεκρίνεται ἡ τροφὴ. ἀλλὰ δὲ αὐτῆς μεταξὺ τοῦ αληθεῖας καὶ φρεγάνων αντοῖς καὶ αὐτούς τοὺς αὐτοφρεγάνας πεδίοις, οὐδὲ εἰς τὸ ζετόν, τοσοῦτον φύλαττον ιππεῖν. Propterea seligitur cibus. Hic autem simplex & minime accurvatus vere congruus simplicibus & non curiosis pueris, puta ad vienundum idoneus, non ad delicias. Τὸ δὲ χρήματα τὸ ζετόν ποτὲ, ψυχεῖται τε καὶ ικανός, τοσοῦτον φύλαττον καθόποτε γραπτούσιν, εἴ τοι αἱ ἔκποια τοιαῦτα λεῖπεν, καὶ ικανός δικαία. Ipsum autem vivere diabolus constat, sanitatis & viribus, quibus congrua maxime cibi facilitas; utilis ad corporis & profectum & agilitatem, unde augmentum, & sanitas, & robur instrum. Inde seria insecatio nes & iheretae gulositatis.

XIX. Post hypotheses. διὸ παραπόνω τὸν λιγνίσσαν, ὅτι τῶν πολὺν καὶ αὐχεῖς
καὶ μεταλλαγμέναις οὐδὲν. Propterea vitanda est gulositas. Et paucā quādam, at-
que ea necessaria utenda, sis ὅτι δικαιουσῶν Διός πατέρεως εἰς τὸν Κύριον, εὐθὺ-
τεροφερεσσων δι' ἀγλασίας, οὐ τοις οὐδὲν τοῦ Χριστοῦ δικαιοῦ, ἐν τοιαύτῃ τελετῇ-
ται πόσις γάρ εἰς τὸν παραγόντα τον ἑστηκάτον τὸν Κύριον αὐλαῖας. Quem-
admodum ex auaritia non acquiritur iustitia, neque ex luxuria temperantia, sic
neque Christi dista delitii acquiritur, procul enim abest ab edulio irritantibus
veritatis mensa. Διὸ Θεοφιλακτεῖ τὸν βρεματαν, αἱ μετανώσεις οὐκ εἰδει-
αντεῖν γεντούσα τοις ὁρέσσεις. Proprieta vitanda edulia, quis nec esurientes
nos suadent edere appetitum deliniezzia.

X X. His tandem præceptionibus exempla subiiciuntur. *Matthæi* & *ad*
ou *πρότερον* & *αὐτέρων* *και* *αὐτοῦ* *πών* *και* *λαζάρον*, *αὶ δικηρίῳ*, *μετὰ λαζαρεῖ*.
Matthæus *sane* *Apostolus* *seminibus*, & *summis arboribus*, *ac* *oleribus*, *sine car-*
nibus *vescebatur*. *Tum* *Baptistæ*, *vescentis* *locutis*, & *Petri* *suilla* *abstinētis*.
Qux *quis* *non* *videt*, *quorūm* *referenda* *sint*? *Enim* *uero*, *si* *non* *merus* *nuga-*
tor *Clemens*, *hæc* *pertinent* *ad* *præcedētia* *προγνωσματα*. *At* *in* *his* *ieiunium*
nullum, *sed* *tantum* *dehortatio* *à* *lautitiis*, *deliciis*, *gulositate*.

XXI. Supereft Iacobus, de quo, si quid veri dixit ille, sive Eusebius, sive H. gesippus, dixerim eius vitam designari in Iudaismo, & quæ Græci schabent: *οὐτοὶ οἱ εἰρηναῖοι μάρτυρες αὐτοῦ αὐτοῦ τοῦ Ιησοῦ οὐκέποντες ἐντελεῖσθαι στοχεῖον*: Vertenda, non ut apud Christophorionum aut Rufinum, *Fuit, bibit, abstinuit, sed hoc potius modo. Hie ab vero manu sanctus erat, vinum siceramque non bibebat, neque animatum quicquam ēbat, nouacula in copia eius non ascendebat*: ut describatur eius vita, ante quam Christi discipulus fieret. Nam sane cum factus est discipulus, aliter in institutis vitam, vel vna postrema Christi cena argumento est, nisi forte, neque agni carnes edisse dicas, neque *κόπρα τῆς αρνίτης*, bibisse, solum, quod quis credit?

XXII. His exemplis exemplum Pauli Baronius adiccit, anni quinagesimi septimi. §. 192. Paulum enim abstinuisse vino probat postea anni quinquagesimi octauii. §. 121. cx Acto. 21. Quia, cum Nazareis omnia in templo exhibuerit officia, tamen inopinato, & ante diem tantum admonitus, quomodo ergo triginta dies perseverasset abstemius? Ex his colligi plane posse Paulum a vino penitus temperasse, alioquin enim fuisse hac potius quedam legis illusio, & simulata sanctitatis affectatio, & tanquam in scena fabula, ac in re gesta affectatum mendacium.

XIII. Verum hinc tu potius disce, quām sunt proclives Sophistæ in
omne genus imposturarum, quamque parum foliici de veritate, qui tam le-
ues, imo tam nullas coniecturas affectent. Enimvero, Paulum exhibui-
se omnia Nazaræorum officia, id est, ipsum accessisse ad templum quasi
reum voti, purum putum mendacium. Neque Lucas dixit, ipsum sibi to-
tundisse caput, aut pro se obtulisse. Contra potius: His assumpis, nempe
quatuor, qui votum fecerant sanctificator cum eis, & adde ad eorum sumptus,
in ζυνθοντι, utrādant capita, non ut radas caput, sed ut illi radant. Et
cum eis sanctificatus ingressus est in templum, depuntians explorationem dierum
sanctificationis, usque dum oblati fuit i.e. 458 a. i. t. o., pro unoquoque eorum ob-
lito. Caietanus, Ex eo quod non dicit, utrādatis capita, sed ut rādant capi-
ta, apparet quod non hortantur Paulum, ut ipse tanquam Nazaræus radat ca-
put. Idem quoque apparet ex eo, quod dicunt Pauli, impende illis ut radant capi-
ta, hoc enim manifeste significat, ut Paulus tribuat sumptus ad hoc ut Nazaræi
radant capita. Itaque inrum est, quod Hieronymo atq; aliis venerit in men-
tem, existimantibus ipsum Paulum rasisse caput.

X X I V . Verum , inquit Lorinus , Sanctificari , & purificari , non solam important impensam , sed omnem includunt sanctum ritum , qui adhibebatur in huiusmodi voto , ideoque præsertim rasuram capitis . Imo , inquam , sanctificari dicebantur & purificari alij , quam qui Nazarei votum præstarent , ut constat ex infinitis ceremoniarum partibus . Itaque non includebat sanctificatio rasuram , nisi in Nazareus , ideoque supponendum est prius à Paulo id votum fuisse emissum , quæ est et perpetio principij .

XXV. Ad hæc Lorinus, et si ionsum fateatur Paulum, tamen illud Baronij consequens de vino, palam improbat. Ego. inquit, de Pauli abstinentia temperantiaque quidlibet magnum & eximum credo, tamen non assequor, quia ratione vini perpetua illa hinc probetur abstinentia, quoniam postero isto die potuit ritum Nazarei inchoare, & abstinentium à vino cum ceteris caremoniis ad certum usque tempus, quod sibi ipse prescrivesset, seu quod absolveretur una cum eodem tempore, quod alij quatuor prescriptum habebant. Atque hoc est esse purificatum, neque purificationem inchoasse, qua comprehendit uniuscum illud opus religiosum. Et sane Lucas non dixit impletos fuisse dies, sed denunciata fuisse impletionem dierum: οὐ γάρ οὐ τότε εἰναπέσθαι τοι νοεῖ, quod aequo significat futuram, ac præteritam. Erat autem ea voti natura, ut nullo certo dierum numero continetur, sed ad arbitrium votantis. Nam, quos ex Iosepho, Baronius recitat tringita dies, si non ad votum pertinent, sed ad aliam aliquam necessitatem, quod ipsa testantur verba, His autem, qui morbo, vel alius necessitatibus implicantur, mos est orare per tringita dies, antequam immolarent hostias, al finire quoque à vino, & capillos radere: Belli Judaici lib. 2. capite Latinæ editionis 15. Græce autem 23. Itaque nugatur Baronius hinc, quasi perpetua Judæorum consuetudine, votum Nazareus circumscribens.

X X VI. Quintum argumentum habent, Castro, & Dauentria, ex Acto-
rum 15. Post predicatum Euangeliū, in quo omnium ciborum esum
Christus concessit, Apostoli in unum congregati, prospicentes tranquillæ
conuersationi eorum, qui ex Judeis & Gentibus conuertebantur, decretum
ediderunt in hunc modum, *Visum est Spiritui Sancto & nobis, nihil ultra im-
ponere vobis oneris, quam hec necessaria, ut abstineatis vos ab immolationi simu-
lachrorum, & sanguinis, & suffocati, & fornicatione, à quibus custodientes vos
bene agetis.* Si Apostoli potuerunt prohibere esum suffocati & sanguinis, cur
etiam modo Ecclesia, aut Concilium generale, illos, aut similes cibos, ob ali-
quas causas iustas, prohibere non poterit?

XVII. Responde, primo sumi falso, prohiberi ab Apostolis suffocatum & sanguinem. Nulla id eius decreti verba significant. Nam, teste ipso Alfonso, id factum, ut prouideretur tranquillæ conuersationi Judæorum & Gentium. Augustinus prior contra Faustum lib. 32. cap. 13. *Elegisse mihi videtur pro tempore rem facilem, & nequaquam obseruantibus onerosam, in qua cum Israëlitis etiam Gentes, propter angularem illum lapidem, duos parietes in je condentem, aliquid communiter obseruarent.* Itaque eadem doctrina est, quam Paulus tractat ad Romanos 13. & prioris ad Corinthios 10. scilicet non expedire, non adificare, quæ cunque licent. Ast abstinentia, quæ fidificationis causa, longe differt ab ea quæ propter interdictum. Nam quæ interdicta sunt, ea ne licent quidem. Secundo, nihil hoc ad ieiunia pertinet, de quibus nostra quæstio. Nam neque Iudæi ieiunabant, cum abstinebant à suffocato & sanguine. Imo ipse Paulus abstinentiam Idolothytorum precipit in mediis conuiuis.

XVIII. Quare non negamus nos quidem licet etiam hodie, cuicunque Ecclesiæ, siue Concilio, iustis de causis, si causæ quædam iuste emergant, imitari Apostolos, in iisdem aut similibus cibis, sed ferre non possumus hoc idem sibi sumere siue Ecclesiæ villam, siue villum Concilium, nulla legitima causa. Deinde negamus illam esse legitimam causam, quam hodie Papistæ pretendunt, scilicet ieiuniorum, atque adeo ne Apostolos quidem, aut Apoliticos viros, hac yfso, obseruamus.

XXIX. Sextum esto ab Elenis, qui apud Alexandriam à Sancto Marco erudiebantur, & ad vesperam tantum cibum sumere, à carnibus & vino ab-

stinere solebant, ut ex Philone referunt Eusebius, lib. 2. histor. ca. 17. Epiphanius hæresi 29. quæ est Catharorum.

XXX. Respondeo, Essenos non fuisse Christianos , itaque à Bellarmine sumi præter veritatem, institutos fuisse à Marco . Etsi ita senserit Hieronymus . Sed id nos proximo libro disputatum imus . Deinde quid Esseni ad Papistas, quos Papistarum nemo imitatur ? Nam qui cibus illis erat, hic iam a pridem istis nullus . Non enim illi cibos tantum eligentes ; ceterum laetitias perinde habebant, sed has omnino prorsusque vitabant, ideo, neque negligitis carnis, piscibus vescabantur, aut ovis , aut lacticiinis, aut oleibus, sed hæc omnia procul valere iubebant : πνωτας δι , inquit Philo , πλανηταις απο της ουτε λαρναις ουδε λαζ , ουδε οι αεροινικαις φωσφεραις την ιδιαν γαστραν αιτηταις . Pro cibo habent nihil lauti, sed panem simplicem: opsonium sal, quem qui delicatissimi, condunt hyssopo, potus illis est aqua fontana . Quæ tamen verba non recensuit Eusebius, et si horum austeritatem valde commendet . Tertio, hoc ipsum ad rationem ieunij non pertinet, sed ad vescendi rationem, sive ieunij relaxationem . Inde scias, quod, quæ de cibo annotantur tribuuntur curæ corporis , at non Philosophiae: στιχος δε η ποτον ουδεις αι την περιστενην γατο την ηλια δύοτος : επειδη το μερι φιλοσοφειν οξειον φωτος κεράστη είναι, οποτες δε τοις σωματηγις αιδηγης θετη τη μερα, τας δε βεργην μερος της νυκτος ενεμειν . Cibum potumve nemo horum intulerit ante solis occasum , utpote, dignam luce philosophiam existimantes , te-nebris autem corporas necessitates, unde illi quidem, diem, his vero, exiguum noctis partem assignarunt . Audin' philosophia oppositas corporis necessitates? audin' ad has referri cibum & potum ? Tertio, illam ipsam tam austerae reficiendi corporis rationem festis assignatam Philo dixit: την δε εθελειν πανεις πινακην πανειστροφην οις ζωτες ειπεις ξενερτες χειρας ηξενωσον, ον δη μετα την ψυχης επικρέμειν, καη το πλινη λιπινησον, απεις οι μετει πει την θρηματα τον ουκινην πολων αιεινετες: Septimam diem habentes sacram, & festam, eximio dignati sunt priuilegio, qua die, post anima curam, etiam corpus pingue faciant, in- star videlicet iumentorum, continuo laboribus solutis . Quare, ab hoc exemplo liquet ipsum eduliorum delectum, etiam seuerum, pertinere non ad ie- unium, sed ad solutionem ieunij . Quod nos volumus.

XXXI. Septimo Lindanus iatioinatur. Sextam & Sabbathi ferias liquet apud priscos Occidentalis Ecclesiæ Partes sacris ieiuniis fuisse deputatas, ac meditandæ CHRISTI passioni dicatas. Vnde quæ in hunc vsque diem populo Catholico supersunt pij ieiunij reliquiae, atque affectionis vtroneæ vestigia, eadem prouersus sunt pietate colenda, imo necesse sitate obseruanda, qua ipsa, cum florerent simul & vigorenter ieiunia. Quæ, vt ut populi licentia in temperatas corporis reficiendi cœnas sint commutata, habent tamen priscæ illius moderantiaz, atque à delitiis abstinentiaz nonnihil, puta à carnibus nostro corpori longe gratissimis, gulfæq; iucundis.

X X X I I . Respondeo, primum, has nullas esse p[ro]pter ieiunij reliquias, sed indigne superstitionis effectus, quae sic solet optima quaque violare, & sanctissima prophanare, quomodo vera olim sacerdotum castitas, degenerauit in c[on]cubinatum, quem non violent concubinatus, quomodo pie defunctorum nomina in sacris solennibus recitata¹, nihil sui reliquerunt praeter aut c[on]cam inuocationem mortuorum, aut stultas preces pro mortuis, quomodo poenitentia, in priuatate confessionis tyrannidem, & satisfactionis carifuginam. Sex centa sunt eiusmodi.

XXXIII. Sed habent, inquit, abstinentia non nihil. Falsum, inquam: Nihil, inquam, abstinentia habent. Nisi forte tanta est sophistis audacia, ut abstinentiam constituant in nuda negatione, quod si est, tum vero abstinentia erit, & tum cum comeduntur carnes nimirum quia non comeduntur aut pisces, aut oua. Sed si abstinentiam, ut debent, dicant austerioratem vitae, tum merito negamus quicquam abstinentiae, esse in hac superstitione Papistica. Imo, inquit, abstinentia est à deliciis. Quibus, inquam? Omnibus ne? Nam ita oportuit. At hoc falsum, abstinetur enim tantum à deliciis carnium, pisium autem nemini denegantur. At carnes nostro corpori longe sunt gratissimae, inquit. Omnes ne? Falsum. Sunt enim plerique insuauiores pisibus.

XXXI. Secundo negatur, p[ro]ij ieiunij reliquias, & affectionis vtroneas vestigia, pietate prorsus eadem colenda, eadem necessitate obseruanda, cum ipsa affectione vtronea. Nam quis negerat Turcas esse eiusmodi quædam antiquæ Christianitatis vestigia? Quis nescit, vix ullam esse gentem, quæ omnino nihil retineat pietatis? Aut ipsos Græcos cur detestantur Papistæ?

X X X V . Octavo , Ratio naturalis , inquit Bellarminus , rem eandem confirmat . Nam finis ieiunij est corporis concupiscentias edomare , & inservitutem redigere . At non poterat certa & communis regula constitui circa quantitatem cibi sumendi , vel circa lautias , & condimenta ciborum ; hæc enim infinitis modis variantur , & quod est vni multum , alteri est parum : quod vni est lautum , alteri non est lautum . Debuit igitur constitui regula penes abstinentiam ab aliquo genere cibi , qui ex genere suo , & vt plurimum , magis nutrit , & magis delectat , qualēm esse carnem pecorum , & aiuum , omnes concedunt .

XXXVI. Respondeo, concedi finem illum esse ieiuniorum, sed quæ sequuntur omnia inepta esse. Non poterat, inquit, regula constitui circa quantitatem cibi sumendi. Recte, inquam, sed hoc quid ad rem? Ieiunium enim non est cibum sumere, sed cibum non sumere, unde nobis obseruatum, cibi sumptionem appellatam solutionem ieiunij, *την μεταβολην*. Itaque nihil opus infinita inquisitione, una sufficit regula, omnibus communis. Jo-
naius tertio, *Non gustent quicquam, nec pascantur, et aquam non bibant.* Apud Es-
se nos illos, *ηποιει τον οιδις ανταναγνωρισθαι*. Illis si
potuit hæc esse communis regula, cur Papistis nulla potuit?

potuit hæc esse communis regula, cur Papirus nulla potuit.

XXXVII. Debuit ergo constitui abstinentia ab aliquo genere cibis. Recte, inquam, si est aliquid genus cibi, quo libere & ad satietatem sumpto, domentur concupiscentiae. Sed qui credunt carnium usum nullum fuisse ante diluvium, qua arte persuadebunt, ablatis carnibus, minui concupiscentias? Nisi forte nullus tunc fuit Cain, nullus Lamec, nulli filii Dei concupiscentes filias hominum: nulla caro, quæ corrumperet vias suas. Sed hoc alij viderint. Nos negamus ullum genus esse cibi, cui si indulgeas, non etiam nutrias carnis ~~m~~ ~~m~~gn. Itaque negamus genera prohibenda, sed quantitatem minuendam, alioqui nunquam iri dominum concupiscentias. Rursus dicimus, nullum esse tam delicatum edulium, quo si utaris parcissime,

non minuas, non domes tandem carnales affectus. Hinc olim prouerbium, Sine Cerere & Baccho friget Venus. Itaque prudentior Prosper secundi de Vita contemplativa cap. 23. Si à quadrupedibus abstinentes, phasianis atilibus; vel alijs atilibus pretiosis, aut pisibus perfruantur, non mihi videntur resecare depletiones sui corporis, sed mutare: nec pro abstinencia, sed velut pro nescio qua imunditia, vel certè quod verius est, pro stomachi nauseantis teneritudine, delicatas, (malum delicata, & omnino id sensus postulat) illas communes ac viles tares abjecere, quo posint alijs non solum carnibus, sed etiam delicioribus, ac pretiosioribus carnibus suas voluptates explore (& hic obiter nota pisces etiam ipsos in carnibus numerari) cùm, sicut iam supra patuit, non aliquarum carnium, que v̄sui humano concessa sunt, nobis natura dannanda sint, quas Deus insituit: sed carnalia concupiscentia fugienda, quas sensu carnis diabolus introduxit. Illi autem, qui pariores videri volunt, & gloriam sibi velut de abstinentia districtiore conquirunt, sic ab omnibus animalibus indicant temperandum, ut peregrinis pomis, ac sorbitiunculis delicatis, caterisque alijs immanem sui corporis implacent appetitum, cum spiritualis abstinentia non aliquorum ciborum v̄sum, sed desiderium suadent compescendum. Et illi magis parsimonia seruire censendi sunt, qui sibi non aliquarum rerum perceptiones, sed delectationes corporis interdicunt.

XXXVIII. Præterea, si propter concupiscentias dominandas , abstinen-
dum est ab aliquo genere cibi: tum profecto Ecclesiæ Papisticæ mira incogi-
tancia, ne quid dicam durius: quæ ea genera omnia permittat , quæ maximè
concupiscentiam irritant. Nam quis nescit, vt mittam legumina ferme om-
nia, quantos in Venerem motus creant tubera, denique vinum, & omnes a-
romatum species? imo & pisces, aut omnes, aut plerique? Quid butyrum di-
cam, & oleum, & oua? Ex quibus, vt dixi, oua & butyrum , permittruntur
saltem extra quadragesimam: oleum semper, & vbique: butyrum etiam in
quadragesima apud Septentrionales. Certe Peresius, lacticijns & ouis mul-
tum sanguinis, & Spiritus generari compertum esse testatur , testibus medi-
eis. Et Lindanus solam Carinthiam habuit, in qua diceret vigore consue-
tudinem abstinenti ab ouis. Denique hunc ipsum audiuius suorum ieiuni-
nia, quæ tota sunt in carnium abstinentia, his laudantem verbis , *Leiunia no-
stra vini copianatant pisces varietate carnium superant delicias: olei flam-
mas vini etiunum, omnisque aromatum generis ignes belluoni infariunt stomacho.*
En concupiscentias egregie domitas! En genera ciborum caute delecta! En
proudiam Ecclesiam!

XXXIX. Nono tandem, proferunt autoritates Veterum. Epiphanius in Compendiaria doctrina, testatur multos fuisse, qui sponte abstinerent à carnis per torum annum: sed in hebdomada, quæ sanctum Pascha præcedit, totam Ecclesiam perseuerare solitam in cœli siccorum. Cyrus Hierosolymitanus catechesi 4. Christianos ieiunantes abstinere à carnisbus. Basilius oratione prima de Ieiunio: Chrysostomus homilia sexta in Genesim: Theophilus Alexandrinus tertio Paschali: Augustinus trigesimi contra Faustum c. 5. & alij Patres paſtim docent, in Quadragesima celiare viſum carnium. Rufus Hieronymus libro secundo contra Iouinianum, ex instituto probat bonam esse abstinentiam à carnisbus: & ad Eustochium de Custodia virginitatis, apud multos scribit anachoretas continua per totum annum fuisse ieiunia, & à vino ac carnisbus abstinentiam. Similia tradunt Augustinus lib. 1. de moribus Ecclesiæ c. 31. & 33. Chrysostomus homilia 59. ad populum Antiochenum: Theodoreius in Epitome diuinorum decretorum extrema, Ecclesiam Catholicam ſæpe abstinere à carnisbus, sed longè alia opinione quam hæretici faciant. Hæc Bellarminus.

XL. Atqui, aut hæc manifesta est impostura: aut nihil vñquam vsquam impostorium fuit. Primo, quo sum Chrysostomus homilia 6. in Genesim, quæ de carnis omnino nihil magis habet, quam de piscibus, aut de Tragelaphis: De Ieiunio, & quidem quadragesima, pauca, & per accidens, *Hoc est, quod potissimum me contristat, & bilem mihi mouet, quod cum nostra admonitione, reverentiam etiam, quam quadragesima debetis, ex animo vestro simul eiciatis.* Et ad finem, *Quæ utilitas ieiunij, dic obsecro si toto die nihil comedis, ludis autem & nugaris?* Hæc Chrysostomus: hæc cine concludunt à carnisibus solis abstinendum? an potius, quod nos contendimus, nihil comedendum?

XLI. Secundo, nulla nunc quæstio, vtrum licet abstinere quodam cibi genere : sed, vtrum sit verum & legitimum ieiunium, abstinere à quodam genere, reliquis indulgere: carnes refutare, piscibus vesci, aut oleribus. Illud insanus sit qui negat: maxime, qui ieiunia legitima concedat: nam , si qui ieiunat, abstinet ab omni cibo: ergo & ab aliquo genere, nam, si non ab aliquo: ergo non ab omni: Hoc vero nulli vñquam Patres dixerunt: sed soli tandem Pa-
pistæ confinxerunt, vt & sibi indulgerent, ne ieiunare cogerentur: & Deo illu-
derent, siue, vt loquitur Lindanus, cum Deo luderent: Ecclesiæ etiam impo-
nerent, Christianos omnes pasci suscedenter adiungo.

XLII. Quid ergo promovet Bellarminus? Magna scilicet illa sunt & ex ultima antiquitate repetita mysteria: carnib. abstinuisse Christianos, οὐ τε καὶ κρέας απέκρινοι: *ieiunamus abstinentes à carnibus & vino.* Basilius: *κρέαν τὸν τεῖς οὐκέτι πάσχει.* Theodoreus, *A vino, & ab eis carnium, & ab alijs eiusdem generis abstinentiam non similiter ac heretici amplectitur Ecclesia,* Augustinus, *Non solum à carnibus & vino abstinent pro sufficientia domandarum libidinum, sed & ab iis etiam, quia tanto concitatius ventris, & gutturis provocant appetitum, quanto quasi mundiora nonnullis videntur.* Quid his opus fuit? quid alii? Nam & alia longe plura nec dissimilia conuerri possunt: ut mirer tam paucis nominibus simile contentum Bellarminum. Quin hoc egit potius, quod erat agendum: Eos, qui carnibus sic abstinebant, aliis edulijis sic indulsisse, ut cum eis indulgerent, existimarent implere ieiunia: siue, ut maluit loqui, hunc ciborum delectum pertinere ad rationem ieiunij. Nos enim ipsi ieiunantes, carnibus abstinemus, sed iudem abstinemus vino: abstinemus reliquis omne genus esculentis, pocalentisque ne aquam cuiusdam sumimus.

XLIII. Illi tamen yeteres, inquieti, carnis abstinentes, non abstinebantalijs omnibus cibis. Concedo; sed, dum non ieünarent. Hi enim cibum sumebantur, cum soluebatur ieünium. Audi Augustinum, codem c. 31. de Moribus Ecclesie. *Conueniunt diei tempore extremo de suis quisque habitaculis, dum adhuc ieuni sunt ad audiendum illum patrem. Corpus deinde reficitur, quantum saluti & salubritati sat est.* Audiri? dum adhuc ieuni sunt: corpus deinde reficitur. Ergo aliud ieünium, aliud corporis refectio. Quod

idem aducetas in illis Essenis apud Philone, non tantum distinguentem interieinium, & ομακτηά αιαγκας, sed etiam, has referentem ad festos dies, citoꝝ δε ἡ ποτε εδεις αι αιτων τεσσερέγκυτο τεσσερήνια δύσας επειδη το μέρος φιλοσοφίας ἀξιον φατει κεινους εἶναι, τοτεροις δε πας ομακτηά αιαγκας, οὐδειν την ιδην ιμιεις, ταις δε θρησκευτικής επικουρείας. Cibum possumusque nemo horum intulerit ante solis occasum: quandoquidem philosophia studiorum luce dignum censem, tenebris vero corporis necessitates: unde illi quidem totos dies: his vero exiguum noctis partem assignarunt. Quid hoc est? Itane ieuium luce non dignum: dignum tenebris? Minime vero: unde sequitur corporis reficiendi necessitatem non pertinere ad ieuium. Sed profecto festis diebus nullum ieuium audiatur, την δὲ εἰδομενην πανιερόν πανιερόντες εἴρηται ιενειτε γιειρας ηγιακοσι, ει δη την Φυσης επιμελειαν ιη το σώματος λιθούσους, οιος της αιμέλειας τη θεραπεια την σωτηριαν τοντων αιτητης στοιωτην δι πολυτητες εδει, αιδηαρτον επιτηδινη, και εψφοναλις, ει δι εβερδιατης θεραπειαν ιασωτης ποιην ουδεις ταυταπεινωτης ειναι: Septimam diem totam sacram festamque existimantes, speciali priuilegio dignati sunt: in qua post anime curam, corpus vngunt relaxatis laboribus, ut solet iumentis fieri. Vescuntur autem nihil opiparum: sed panem tenuem, ac pro opifio sales, quos qui delicatissimi, hyssopo condunt: potus illis aqua fontana. Audin, & apud istos tum cum non ieuiuntur, tum cum laute tractatur corpus, abstineri à carnibus? Audin, hunc ipsum tenuem viatum assignari, non ieuiujis, sed diebus festis: sed curae corporis? Eodem refer Socratem, libr. 5. cap. 22. editionis Graecæ, εινειη δι αχεας εορτας αιειτηνειτε, διαφορη έχουσι την ειδιταιον: alij cum ad nonam ieuiunantur, variis cibis vescuntur. Eadem mente apud Tertullianum de ieuiujis, separantur ieuiujis, separantur ieuium & xerophagia, cum tamen haec constantre pane & aqua, c. 1. Arguunt nos, quod ieuium propria custodiamus, quod stationes plerunque in vesperam producamus: quod etiam xerophagias obseruemus, siccantes cibas ab omni carne, & omni inuulneritate, & vniuersitatibus quibusque pomis, ne quid vinositatis vieldamus, vel potemus.

XLIV. Tertio, hæc ipsa carnium vinque, atque aliarum rerum abstinentia libera cuique erat, & arbitria: non autem à legis viiius necessitate: cuius transgredio peccatum esset. Theodoretus, Epitome decretorum, Ecclesia autem nabiliorum decernit, neque enim eorum prohibet participationem: & ideo, alij quidem permisissis à lege bonis & voluntatibus securi sunt, alij vero ab eis abstinent: nullus autem qui sapit, & recte sentit, condemnat eum qui comedit. Augustinus c. 33. de Moribus Ecclesie. Non manducantem nemo spernit, manducantem nemo iudicat: qui infirmus est olus manducat: multi tamen firmi propter infirmos idem faciunt: multis non est causa ista faciendi: sed quod uilore viuere placet, minimeque sumptuoso corporis sustentaculo statem tranquillissimam ducere. Omnia enim mibi licita sunt, sed ego non redigar sub potestate viiius. Continent se igitur qui possunt, qui tamen sunt innumerabiles, & à carnis & à vino duas ob causas: vel propter fratrum imocilitatem, vel propter suæ libertatem. Idem contra Faustum libr. 31. c. 3. Christiani non heretici, sed Catholicæ edomandi corporis causa, propter animam ab irrationalibus motibus amplius humiliandæ, non quod illa esse immunda credant, non solum à carnibus, verum à quibusdam etiam terra fructibus abstinent, vel semper si ut pauci, vel certis diebus ac temporibus sicut per quadragesimam ferè omnes, quanto magis quisque vel minus seu voluerit seu potuerit. Socrates libri quinti capite 22. isti διεγένετος τὸν αἰρεθόν τὸν ἡμερῶν διαφανῆτας, οὐδὲ καὶ τὸν ἀποχὴν τὸν ἐδεσμούτων ἐχόμενα ποιεῖνδροις· οἱ μὲν γὰρ περὶ τὴν ἐμψύχων απέκεινται· οἱ δὲ τὸν ἐμψύχωντος μόνον μεταλλευμάτων. ποὺς δὲ σὺν τοῖς ἐχθροῖς τῷ πτηνῷ ἀπεζευσται, οἱ δὲ τῷ θεῷ τὸν Μαυρία γεγλυπτὸν λέγεται· οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ δύνανται, καὶ αὖτε σῆκροται, ποὺς δὲ καὶ ξεργοῦ ἀρτὰ μόνον μεταλλευμάτων· αἵδει δὲ οὐδέποτε εἴησθε· εἴησθε δὲ ἄχρις εἰναῖς οἵ γε τησεύοντες διάφορον ἔχουσι τὸν ἀδιστον: Inuenias, qui non tantum in numero dierum discrepant: sed qui nec abstinentiam à cibis eandem obseruent. Alij prorsus animatis abstinent: alij animatorum pīces solū sumunt: quidam prater hos etiam auibus vescuntur: eas itidem ex aqua genitas dicentes, iuxta Mo:en: alij nucibus atq; onis parcent: non nulli solo pane siccō videntur: quidam ne isto quidam, alij ad uoram ieuniantur, variis ciborum generibus videntur. Et hanc diuersitatem, post Socratem, nota- runt Sozomenus lib. 7. c. 19. & Nicephor. lib. 12. c. 34.

C A P. V.

Argumenta Catholica contra discrimen ciborum.

I. **C**atholici opponunt disertissimum Dei verbum, ex quo non illud, tam
cum constat, quod dicebamus, distinctionem ciborum non esse de natura
ieunij: sed hoc amplius, in quo vel maximè peccant Papistæ: quoties de re-
ficiendo corpore agitur, nulla nos religione duci debere, ad distinguenda ci-
borum genera, ita ut persuadeamus nobis ipsis, peccari si his potius vtamur,
quam illis. In quo Papistæ pertinacissimi sunt: qui non tantum consulunt ab-
stinenç carnibus, sed etiam iubent seuerissime, & quidem sub poena, ut lo-
quuntur, peccati mortalis.

H. Matthæi 15. *Audite & intelligite. Non quod ingreditur in os, polluit hominem: sed quod egreditur ex ore, hoc polluit hominem.* Certè si peccat homo comedendo, polluitur etiam comedendo. Et si non polluitur comedendo non peccat. Iam si nullum in comedendo peccatum, vnde prohibito?

peccati, tam si nullum in comedendo peccatum, vnde prohibito?
H. Respondent, Persius, Bellarminus, Maldonatus; reliqui: Cibos sumi vel secundum eorum naturam: vel secundum circumstantias. Cibos secundum suam naturam, concedunt non polluere hominem. At secundum aliquas circumstantias, polluere asserunt: alioquin crapulam & ebrietatem non inquinaturas. Porto Christum de cibis loquutum priori modo: reprehendenter Iudeorum superstitionem, existimantium cibos, illotis manibus sumptos, contrahere nescio quas fordes, quibus animæ quoque inficerentur: & cibos quosdam propterea fuisse à Deo prohibitos, quod natura sua immundi.

IV. Nos p̄tis illud, quod vltro dant, accipimus: cibos natura sua non inquinare hominem: hoc quod negant, Christum loquuntur de cibis secundum aliquas circumstantias videamus. Occasio sermonis fuit ab interrogatōne Scribarum, *Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum: non enim lauant manus suas quando edunt panem.* Vnde patet Christi mente-

hanc esse, ut discipulorum innocentiam tueatur aduersum hanc cibum, ideoque conlusionem hanc esse, Discipuli, transgredientes traditionem seniorum, comedendo illotis manibus, non peccant. Et haec probatur, arguento yniuersali: cuius formam hanc esse necesse est. Nihil quod intrat in eos, polluit hominem: at cibi sumpti illotis manibus, intrant in eos: Ergo cibi sumpti illotis manibus, non polluant hominem.

V. Inde appareragi de cibis non tantum, sed etiam ~~etiam~~, id est, cum hac circumstantia manuum illotarum, vel potius ex posito axiome yniuersali, de natura cibi, concludi specialiter aduersus hanc peculiarem circumstantiam. Circumstantiae autem huius firmamentum à scriptis positum erat, Traditio seniorum, id est, ut loqui solent Papistæ, traditio Ecclesiæ: propter enim hanc traditionem accusatio complectebatur. Quare, nisi nigratum velint dicere Christum, necesse est aduersarios concedere, docuisse non propter peccare discipulos transgredientes traditionem seniorum, quia non vterentur cibis, contra ciborum naturam.

VI. Nam quod Bellarminus scriptis, imaginatos fuisse Iudeos, sordes quasdam contractas à cibis, quibus animæ inficerentur: & cibos propter naturalem immunditiam fuisse à Deo prohibitos, inanes sunt conjecturæ: neutra ex contextu, posterior etiam absurditas. Quis enim credat, nesciuiss Iudeos, omnia quæ creaserit Deus bona esse? Itaque illi neque illud obtemperant, neque illud nugantur: sed obijcunt traditionem seniorum. Et ut maximè ita cogitassent, tamen, quia eam traditionem exprefserunt, oportet nos concipere Christum, ei ipsi traditioni obiectæ prouidisse.

VII. Hæc cum ita sint, nihil est amplius quod desideremus. Etenim ipsi aduersarij hunc ciborum delectum non aliter firmant, quam à traditione seniorum, id est, Ecclesiæ: & ab ea pollutionem concludunt, Bellarminus, Loquitur Dominus de cibis, & potu, non quocunque modo, sed ut res sunt corporales, quæ ex sua natura non possunt animam, quæ spiritualis est, coquinare: quanvis ratione adiunctæ concupiscentia, aut inobedientia, facile posse eandem animam inquinare. Alfonius de Castro, Respondens, fatentes cibum nullum ex sua natura posse maculare animam & substantiam: sed voluntas depravata: quæ contra præceptum Ecclesiasticum carnes comedit, illa est quæ coquinat hominem. Maldonatus, Ita prorsus est: nosque idem dicimus: quod intrat per os, non coquinare hominem: scimus enim omnem creaturam Dei bonam: sed inobedientem animum, qui contra Ecclesia præceptum, cui Deus obediens iuskit, cibum sumit, hominem inquinare. Barradas, Quod si cibus vel potus, à superiori vetiti spectetur, tunc ad animum peruenit: tunc quod intrat in os, inquinat hominem. Nec aliter Stapletonus Antidotus Euangelicus. Iansenius Concordia c. 60. Renatus Benedictus in Panopha disertor, Sola est transgressio præcepti, quæ spiritualis est, & à corde procedit, quæ coquinat hominem: non autem cibus.

VIII. Quid ergo? Nimirum habemus Christum plane perspicueque concludentem aduersus Pharisæos Papistas, sive Papistas Pharisæos. Nihil quod intrat in eos, coquinat hominem: at cibi vetiti per traditionem seniorum, intrant in eos: Ergo cibi vetiti per traditionem seniorum non coquinat hominem. Longè tibi Papistæ consulerent prudentius, si cibos dicerent sua natura polluere hominem: nam plus nobis hoc modo facerent negoti, in hoc saltem argumento.

IX. Sed hic Iansenius mirè sophisticatur, Concordia cap. 60. Dicendum est, non magis Ecclesiasticis præceptis hæc Domini verba esse contraria, quam vel legi Mosaicæ, vel legi Apostolicæ de suffocato, sanguine, Idolothytis. Non sunt autem istis contraria. Ergo neque illis. Assumptum probat. Aduertendum, Dominum noluisset, saltum potissimum, refutare præcepta legis Mosaicæ: sed, ut patet & ex occasione, & ex conlusione, Pharisæicas traditiones, de modo edendi mundo & sine coquinatione cibos à lege concessos. Itaque non dicere: Nullus cibus est, qui possit hominem coquinar: sed nihil introiens in hominem, aut quod intrat in eos, potest cum coquinar: quo nihil aliud significatur, quam cibum, qui editur, non posse coquinar. Non edebatur autem apud Iudeos, nisi cibus à lege concessus: unde talis cibus, qui licite editur, significat Dominus non posse coquinar, quomodo cumque sumatur, sive lotis, sive illotis manibus, sive ex vasis mundis, sive immundis.

X. Respondeo, magis esse contraria hæc Christi verba præceptis Ecclesiasticis, quæ vocat, quam Mosaicis, aut Apostolicis, quod ille contra sumit, nec probat. Ratio est nobis certa de Mosaicâ. Quia negat Christus ipsam ciborum naturam polluere hominem. Itaque si polluant, id fieri ex prohibitione: at hæc vel diuina est, vel humana. Agit autem Christus contra humanam: nimirum traditionem seniorum. Itaque conclusio est, cibos non tam sua natura, sed ne quidem propter humanam traditionem polluere: quod cum euertat Iudaicas traditiones, tum nullam vim habet aduersus diuinam legem. Non enim ut Iudei, sic Deus non potest naturam rerum cohibere. De Apostolica, non difficilius negotium: iam hæc non prohibuit cibos: sed scandalum, & offendit proximi: itaque ex ea legem non conficiebat vilia pollutio ex vso ciborum. Quare Paulus negat inquirendum propter propriam conscientiam, sed tantum propter alienam. At præcepta hæc, tum Iudaica, tum quæ Papistæ vocant Ecclesiastica, non aliena conscientia consulunt, sed propriam infestant. Itaque nihil mirum, si Christi verba neque Mosaicæ legi, neque Apostolico interdicto contradicant: & contradicant tamen Ecclesiastica, id est, Papistica superstitioni.

XI. Quanquam probatione assumpti nihil potest magis ridiculum ex cogitari. Nihil aliud, inquit, Christus significauit, quam cibum, qui editur, non posse coquinar. Quo sensu, inquam? Nam illud editur ambiguum: vel pro actu, vel pro potentia. Itaque vel sic, cibum, qui natura aptus est ad edendum, non posse inquinare: vel, cibum, qui actu & reapse comeditur, non posse inquinare. Hoc posterius absurdum, quia naturam rei non considerat: sed duntaxat indiuidum vsum actum: à quo nullum argumentum: quia ex puris particularibus. In altero manifesta ~~admodum~~. Quis enim cibus est, qui non sit natura aptus ad edendum? Sed pergamini tamen. Ast, inquit, non comedebatur apud Iudeos, nisi cibus lege concessus. Recte: sed ab ijs qui secundum legem viuebant: poterant tamen alii comedii: ut Maccabœorum tempore suilla. Similiter autem non comedebatur cibus apud Iudeos illotis manibus: ex traditione seniorum.

XII. Sequitur tandem conclusio. Ergo Christus significat alii cibum, qui licite editur, non posse coquinar. Nihil absurdius: propter infamem principij petitionem. Nam ut certum est nullum cibus qui licite edatur,

polluere; ita non certum est apud Iudeos, vrum licet illas cibus ederetur illotis manibus. Deinde id non conficitur ex præcedentibus. Non, inquit, cibus, qui licet editur: sed cibus, qui editur: quia, ut dixi, illud ineptum, non fuisse in vso cibum nisi à lege conceatum. Tertio, si conficitur, tum æque cibus qui comedunt illotis manibus: quia ne hic quidem in vso, ut diximus. Sic Iansenius in pueriles nugas detorquet Christi disputationem.

XII. Luca 10. In quamcumque urbem ingressi fueritis, & excepere vobis, edite nū ~~et~~ dñe. Si dñe a iū, quæ apponentur vobis. Prioris ad Corinth. 10. Quicquid in macello venditur, edite: nihil interrogantes propter conscientiam: Dominus enim est terra, & plenitudo eius. Quod si quis infidelium vos vocat, & vobis ire, quicquid apponitur vobis, edite, nihil interrogantes propter conscientiam. Ergo Christianus potest comedere omne genus ciborum: puto tamquam die Veneris. Nam si hoc non potest: ne potest quidem quæ sibi apponentur, comedere: & fallum erit Pauli, falsum Christi præceptum. Tum autem, si peccat qui carnes edit die Veneris: Ergo is, cui die Veneris carnes apponuntur, debet interrogare aliquid propter conscientiam, contra Pauli præceptum.

XIV. Ad priorem locum, in quo sunt verba Christi, responderet Alfonius de Castro tripliciter. Primo, præceptum fuisse Apostolis peculiare, & quidem pro tempore: quomodo illud, In viam gentium ne abierritis, & in ciuitates Samaritanorum ne introieritis. Secundo, doceri Apostolosi ut contenti essent iis, quæ sibi apponentur, neque præterea quicquam exigenter. Tertio, non esse præceptum, sed indulgentiam: non enim mandatum ut ederent, sed permissionem tantum ut possent edere: ut videlicet intelligent nullum iam illis esse prohibitum cibum à Christo; nisi ipsi pro libito abstinere vellent, aut in posterum interdicterent à Christi successoribus.

XV. Nos peculiare fuisse Apostolis præceptum, negamus: & negandi causam habemus iustum ex Paulo, qui ijsdem verbis omnes Christianos admonet, ut ederent quæ aponerentur. Tantum ergo peculiariter fuisse tum Apostolos admonitos præcepti mox futuri vniuersalitatem: quomodo solent omnia vniuersalia singulis etiam indiuiduis applicari. Itaque, et si codem tempore prohibitum fuit ire ad Gentes, & Samaritanos, tamen non fuit simile, quia post fuit reuocatum, cum iussi sunt ire in vniuersum mundum: quod de cibis aliter fuit.

XVI. Concedimus, voluisse Christum, ut Apostolis satis essent, quæ apponentur: sed nihil obstare, quominus etiam significatum sit, ut libere vicerentur oblati: non enim illa se mutuo tollunt.

XVII. Concedimus, non esse præceptum hoc sensu, ut non liceret non edere, quæ apponentur: nam neque nos contendimus neminem posse Christianum abstinere à carnibus die quocunque. Sed ridemus cum audiunt à Sophista, nullum illis prohibitum esse cibum, nisi ipsi pro libito abstinerent. Quid enim? An prohibitum dicat cibum à quo quis abstineat pro lib. to? Quis audierit aliquando? Nam quæ prohibentur, ab ijs abstinentur: non pro libito, sed ex necessitate mandati. Itaque nugacissima exceptio est. Altera, nisi interdicantur à Christi successoribus, questionem ipsam continet, quam nos impugnamus, ipsi confirmare nequeunt. Imo, ridiculè implicat contradictionem. Quia ipse locus permissionem continet, Edite quicunque. At hæc exceptio hanc tollit, & dicit, ne edite quæcunque. Ad eo miri sunt interpretes.

XVIII. De Paulino loco Bellarminus: Voluisse Apostolum fideles liberare solitudine inquirendi, vrum carnes essent idolis mactatae, necne. Se i voluisse tamen seruari decretum Hierosolymitanum: itaque noluisset emi eas quæ quis sciret fuisse mactatas. Porro cum qui dixerit, bonum esse carnes non comedere, nec vinum bibere, si frater scandalizetur, multo magis voluisse seruari ieunia indicta ab Ecclesia.

XIX. Sed primo Bellarminus mentem Pauli adulterat. Cum enim is dixerit, Nihil interrogantes: ille dicit, Non interrogantes vrum sint mactatae, necne. Atqui verum quidem est hoc agi propriè in hac disputatione: sed nō propterea verum est, ea verba non latius patere. Enimvero, si cartum, nihil esse inquirendum propter conscientiam: erit etiam verum, non inquirendum vrum mactatae sint. Sed non contra, si non inquirendum sit, verum sint mactatae, non esse propterea nihil inquirendum. Et si inquirendum sit, quo tempore veneant: ergo inquirendum erit aliquid propter conscientiam: & mentitus erit Paulus, qui pronunciarit nihil inquirendum. Nos potius Sophistas mentiri habenus persuasi summum. Et Paulum in vniuersali axioma, conclusio etiam particulare, ut moris est.

XX. Secundo, voluisse Paulum obseruari decretum Hierosolymitanum, non est quod quisquam dubitet: sed noluisse emi carnes, quas quis sciret immolatas, falsum. Nam si non prohibuit edi, multo minus emi. At non prohibuit edi, cum permisit fideles ire ad coniua infidelium, & comedere quicquid apponentur. Quid ergo? Nempe Paulus voluit eas carnes non edi, quas frater aliquis admoneret esse immolatas: & causam addit, propter conscientiam alienam. Quo ipso manifeste ostendit, permisisse emi propter propriam conscientiam: quæ nostra quæstio est.

XXI. Tertio, eum, qui dixit bonum esse carnes non edere, si frater scandalizetur, multo magis voluisse seruari indicta ieunia: & alienum est: & falsum. Alienum, quia aliud est, ut sacerdos diximus, ieunium, aliud discrimen ciborum. Falsum, quia ieunia indicta, id est, stata, nulla Paulus agnouit, aut probauit. Sed haud paulo post videbimus.

XXII. Paulus ad Colos. 2. Ne quis vos damnnet ~~ex~~ vixit, ob cibum, vel potum: aut respectu dies festi, aut nouilunii, aut Sabbatorum. Post, Si mortui cum Christo, liberi estis ab elementis mundi, quid, ut viventes mundo, ritibus oneratimi doceatur? Ne astigeris, ne gustaris, neque contrectaris. Quod omnia ipso vso perirent, prescripta ex mandatis & doctrinis hominum. Quæ rationem quidem habent sapientia in cultu voluntario, & summissione animi, & in eo quod corpori non parcant: non tamen vllius sunt pretij: quum ad ea spelet, quibus farcitur caro.

XXIII. Eximus locus, & auro signandus: vere potens ad vniuersam hanc controuersiam definiendam. Colligit enim Apostolus omnes causas, quibus superstitiosi homines suam hanc ciborum abstinentiam commendare solent. Primo, quod prescripta sunt ex mandatis & doctrinis hoc minum, id est, ut sermo habet Papistarum, autoritate Ecclesiæ. Secundo, quod rationem habent sapientia: nam & Papistæ disputant non sine iustis causis institutum, ut ne quis carnis vescatur. Tertio, hanc rationem sapientia esse in cultu voluntario: in summissione animi, & aperienda carnis. Que

XXIV. *Audiamus excipientes. Non posunt, inquit Bellarminus, Pauli verba nisi per summam impudentiam ad leges Ecclesiae de ciborum delectu detorquenti. Et eo conspirant omnes. Ne nobis quidem inuitis: qui non de Ecclesiæ legibus, quas in hac materia nullas esse scimus, sed de Papistis nūgīs disputamus: quas tamen illi non pro nūgīs habent, sed pro seuerissimis legibus: has nos nugatorias leges dicimus hoc Pauli illustrissimo loco anti-quari, ac tolli penitus. Sed audiamus eruditè philosophantes.*

XXV. Bellarminus primum Iudæos taxari vult. Et probat ex Hieronymo Epistola ad Algasiam, q. 10. & Augustino ad Paulinum Epistola 59. q. 7. Chrysostomo, atque alijs in hunc locum. Quod si non loquerentur de Iudæis, saltem taxare Patrum dogmata Græcorum Philosophorum: de quibus illud: *Videte ne quis vos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam.* Tandem, siue Iudæos, siue Philosophos intelligas; tamen loqui de iis qui cibos aliquos ut immundos ita prohibebant, ut nunquam eos comedи vellet; quique res alias ita natura sua immundas iudicabant, ut ne tangi quidem sine contaminatione possent.

XVI. Quid hæc sibi volunt? An sic, Loquitur de Iudæis & Philosophis: Ergo non loquitur de Papistis: Recte, inquam, si toto genere hi differant ab illis: alioquin absurdus. Et cur magis loquitur de Iudæis & Philosophis: ergo non de Papistis: quam loquitur de Iudæis, ergo non de Philosophis? Multo verius loqui de Iudæis, de Philosophis, de Papistis. Quid absurdum? An qui eadem peccata peccant, non solent eadem lege contineri? Imo mœchiae damnantur ex septima lege Decalogi, & qui virginem stuprant, & qui matronam adulterant, & qui propinquam incestant, & qui scortum publicum subagitant: quia etsi, siue speciebus, siue gradibus, hæc distinguuntur peccata, tamen in idem genus mœchia concurrunt. Differunt generi adulteriū, & cædes. Itaq; per legē, Non occides, adulterium non damnatur: nō dānatur per legē, Non mœchaberis, homicidiū. Imo si legeres, Incestū ne facito, simplicem fornicationem ex ijs verbis vix esset qui damareret: non enim idem virinque significatur: neque qui fornicationem simplicem, idem incestum committit. At, qui propter ceremoniam abstinet à cibo, suillam horret, non comedit: & qui propter naturæ contumeliam, auersatur carnes, idem non comedit. Et Paulus improbavit illud, non comedere: itaque yterque à Paulo improbatuſ.

XXVII. *Vin' disertus?* Paulus dixit, *Quae sunt umbra rerum futurarum: at corpus Christi:* Ergo improbavit Iudeos. Sed dixit idem, *Quae rationem quidem habent sapientia in cultu voluntario, & animi summissione, & in eo quod corpori non parcant:* alios igitur improbavit præter Iudeos. Neque enim Iudeis hæ fuere abstinendi vilæ causæ. Alios rursus præter Philosophos: alios denique præter eos, qui naturam damnarent, nam his nullis ex causæ abstinenti. Damnauit Papistas: quia his abstinendi causæ, cultus voluntarius, & *anquidam* *rituar*: nam has proferunt, & iactant: indeque suo sperant in ære multo futurum Deum, quum, in tremendo iudicio, rationes ab eis reposceret, vel ab eis reposcetur, potius.

XVII. Secundo Bellarminus. Per doctrinam & præcepta hominum, Scripturam sacram, tum hoc loco, tum ad Titum primo : & Esaiæ 29. Matthæi 15. non intelligere quæstiones humanas qualscunque : sed, quæ vel repugnent diuinis, vel certè non sint ijs conformes. At constitutiones hominum, qui Spiritu Dei agantur, & secundū regulam fidei, & iuxta Scripturarū exempla, doctrinamque, aliquid præcipiunt; non tam hominum, quam Dei præcepta dici solere: Lucæ 10. Act. 15. 1. ad Corinthios 14. 1. ad Thessalon. 4. Porro præcepta de delectu ciborum esse conformia Scripturarum doctrinæ, & exemplis.

XIX. Quæde definitione doctrinæ præceptorumque hominum differuntur, facile conceduntur. Sed, quod sumitur, præcepta de delectu ciborum conformia esse Scripturæ: hoc vero falsum esse constat ex hac tora disputatione: immo ex hoc ipso argumento. Nam improbat Paulus legem, quæ dicit, Ne tangito, ne comedito: At præceptum de delectu, dicit id ipsum: itaque improbatur. Non potest autem conforme esse Scripturæ, si damnatur à Scriptura. Ne conforme quidem est exemplis Scripturæ: quia hæc exempla legem nullam faciunt: & nemo negat, æque licitum, abstinere à carnibus, & à pisibus: à vino, & ab aqua: sed tantum negant Catholici, cuiquam prohibendas esse carnes, aut pisces, aut vinum, aut aquam, religionis quidem causa.

X.XX. Non est minus vehemens in eandem causam Paulus, i. ad Timotheum. 4. *Spiritus disertè dicit, fore ut posterioribus temporibus desciscant quidam à fide, spiritalibus deceptoribus auspendentes, ac doctrinis dæmoniorum: per hypocrisim falsiloquorum, quorum conscientia cauterio resecta est, prohibentium contrahere matrimonium: abstinere à cibis, quos Deus creauit, ad participandum cum gratiarum actione, fidelibus & iis qui cognoverint veritatem. Nā quicquid creuit Deus, bonum est: nec quicquam reiciendum est, si cum gratiarum actione sumatur: sanctificatur enim per Verbum Dei & preces.* Res plana: Certe, si inter doctrinas dæmoniorum est, iubere abstinere à cibis: Vx Panistis.

XXXI. Papistarum solutio gemina. Apud Costerum vna, facta ad hominem, qua indocto negetur antecedens. Sic enim dixit Apostolus, *venturos, qui attendant spiritibus erroris, & doctrinis demoniorum, prohibentium nubere, abstinere cibis, quos Deus creauit, vbi verbum abstinere; cum ab alio nullo regatur, quam a participio prohibentium, videbuntur potius designari heretici, qui prohibent abstinere a cibis, quos Deus in vsum generis humani creauit, quam Catholici qui iubent abstinere.*

XXXII. Sed de Catholicis non est quod sit solitus Costerus: quos nemo accusat. Papistas si purgauerit, tum ei opera pretium factum fuerit. Cæterum bene illud, indocto negari antecedens. Atque optandum Costero fuit, ut nullum sibi negotium, nisi cum indoctis esset: quibus facile imponeret. Nam paulo nasutioribus, nulla spes fuit. Hi enim sciunt Latini interpres oſcitantiam, non posse fraudi esse Apostolo. Hunc vſum esse eleganti apud Græcos phrasim: quam ille ad verbum pueriliter exprimens, corruptis ſententiam.

XXXIII. Græcam elegantiam Oecumenius obseruauit, τοιχίσθε
με καθιέρωσα φίλον τὸν αἴγανόν οεντα πόλιν, οὐ διοίον ἔδοξεν, γάλη πιεσσομα ὑπερο-
λικὸν ἀδελφὸν δοῦλον: εἰς τὸν Αἰγαίον συνήθεαν διαπεριστρέψαν. Non est menda
scriptionis, illud, abstinere cibis, ut quibusdam visum: neque inadvertentia Apo-
stoli: sed phrasis recte expressa ad Atticam consuetudinem, Et subiectis exemplis
ῶστε τοῦ καθολικοῦ αὐτοῦ μη τοισιν τὸ αὐτοῦ: εἰς δέ τις αἰτητικῶν αὐτοῦ περὶ της
πόλις τοῦ αριστεροῦ αὐτοῦ, μην ταπεινούσιν φίλοις τῷ φίλοις ταπεινούσιν, αὐτοῖς τοῖς
αυτοῖς. καὶ παλιν εἰκόλυτο μη κλίσαι τοι, εἰς ὃν τινέτεται τὸν κλόκον: καὶ εἰκόλυτο
ἀπίκεχος ἀφρον τοῦ ποιεῖτο, καὶ τὸ φαπῆγον δεῖται τοι πικροῦ τοῦ λέξεως: Sicut prohibuit ei
nōs facere indigna: non dixit, impulisse ad aliquid indignū. Dehortatus est, non of-
fendere amicos, non ut offendaret amicos, sed contra: & rursus, prohibuit non fu-
rari, non quod permisit furtum: & prohibuit abstinere infandis factis, pro eo
quod est, auerterat ab eiusmodi actis: εἰς τοὺς ιερῶντος αἴρεσθαι βαραταρ, αὐτὸν & ιε-
ρῶντος δὲ τῆς Ερώτους: ad eum modum, prohibuerunt abstinere cibis: pro, prohibi-
uerant eis cibos.

XXXIV. Sed enim Occumenij exempla ambigas, vtrum aliunde de-
sumpta sint: an vero ex tempore facta: itaque possent in dubium vocari: quo-
modo memini quendam à Iesuitis sic non ex vñu repetita, sed in præsens com-
modum inuenta: vt Salmero, quo encruciet argumentum ab exceptione for-
nacationis: Si quis, inquit, sine licentia Episcopi ieiunium soluat, & crapule
tur, peccat. Sed non desunt vera, quæ ab autoribus classicis repeatamus. Et
quidem omisiss illis, quæ Beza induxit, ex 1. ad Corinthios 14. *πρὸς ἑρμηνεα-
τὴν αὐτὸν οὐ λαλεῖ, ἀλλὰ ταῦτα μόνον: non enim permittitur eis loqui, sed subditas
effe.* Prioris ad Timoth. 2. *γυναικὶ δέσποτοι τούτων οὐδὲ αὐτοῖς οὐδὲ τοῖς
ἄνδρις εἰ νοοῖ: docere autem mulieri non permitto, neque dominari in viris,
sed esse in silentio.* Nam hęc, vt ingenuè dicam quod sentio, similia non viden-
tur: quanquam Iustinianus probat. Neque enim quicquam habent nou-
facile, aut vñbique obvium: & explicant Latinè commodissime per repeti-
tionem verbi p̄t̄cedentis, non permittit loqui: sed permittitur subiici: cui
similia sunt *υποστάσσεσθαι*. Ast hic non potest idem verbum repeti: quis enim fe-
rat: prohibentium abstinere à cibis? Sea planè oppositum subaudi si oportet:
vnde Beza, *prohibentium contrahere matrimonium, iubentium abstinere à cibis.*

XXXV. Hęc igitur etunt similiora. Nam in Apostoli verbis ambiguitas est, ex geminata negatione, in ἀλόγῳ τῷ απέρχοντι, ad verbum, prohibentium abstinere, quod sonat Latine nihil aliud, quam abstinentiam ipsam esse prohibitam, cum nos tamen dicamus, usum potius prohibitum: vel, quod idem est, abstinentiam imperatam. Sic autem loqui solitos Grecos hęc docent exempla, Sophocles Antigona, ρήθυμον καὶ ἐπειρημένον μη: Dioco fecisse, neque ego quod non. Iterum οὐδὲ τίδε περι, εἰσὶ δὲ τὰ φύσις μετα-
γένεται, οὐδὲ μηδέποτε εἰδένει. Age dic mihi: etiam te huius sepultura dices partici-
pem fuisse, an eiurias nefas? Electra δὲ γάρ τινα περιέστη τοι γένεται τὸν ερω-
ταζεῖν πατέρα θάνατον. Sed non tamen hoc prætermittam non meum plangere pa-
trem miserum.

XXXVI. Credimus Poetarum priuilegium? Pedestres vide, Plato Lyside sic scriptis: *πόνερον τὸ τέρατον τὸν οὐδὲν εἰς λύγιον δοκεῖ πολὺ μᾶλλον τὸ πανίσκυ, μηδὲ τούτον φέρει, An neges te illum amare, quem hic dicit?* Non equidem, inquit, sed non versus facere de amoribus, vel scribere. Pausanias Atticis. Αὐτῷ τε καὶ τῷ ταῦτα συμφέρει φαντασία οὐ πανθεόντων οὐδὲν Εὐχόντων καθέστων εἰς κιβωτούς, αποτελούσαι τὰς προστατεύουσας πελεκανάς, Aglauro, Sororibusque, Hersa, & Pandrobo, Mineruam decisisse ferunt Erichthonium in cistam abditum, interminatam ne, quid inesset, curiose inquirent. Diodorus Siculus lib. II. πολεύτων αποτίχειον μη τυχεῖ πρωρείας οὐ τύγαντο: Tantum abfuit, ut non daret poenas, tanquam Tyrannus. Dion Cassius l. 60. προστατεύεσθαι μητέ προστατεύειν πολεύτων, αὐτεῖς διοίται οἱ μηδεμίας πολεύται, Mature prohibuit, neque se quenquam adorare: neq; sacrificium sibi nullum facere. Et post: Τεῖς τε σχηματίσις τε αἴσιας τούτη προσαρχεῖται, αἴσιας γετε μη ποιεῖν. Dicibus inhibuit, certamina armatorum pugnantium non edere. Appianus de bellis Hispanicis, λαζαριανοῦς κατατίθεσθαι πατέρας Γεράκην μηκτιζειν πόλεις, Responderunt Celtiberis interdictum à Gracco, ne nouas urbes condarent. Civilium I. Gracchus αἴσιας εἰς πόλεις, prohibuerat vendere.

XXXVII. Ecclesiastici similiter. Nicenii Concilij Canon. 3. Αὐτὸγένεσι
καθόλου ἡ μετρία σωμάτῳ, μετριπέρισσοις, μετριπερισσούσι, αὐτῷ διαίσθησι, με-
τριδώσις τῶν ταῦταν εἰς ἕραν, εἰσένασι σωμάτου τοῦ ἔχοντος. Latinum apud Gratianum
dist. 32. Interdixit per omnia, sancta Synodus, non Episcopo, non Presbytero, non
Diacono, vel alieui omnino, qui in clero est, licere subintraductam habere mu-
lierem. Neque aliter Elibertinus Canon 33. Placuit in totum prohibere Episco-
pis, presbyteris, Diaconibus, ac subdiaconibus positis in ministerio, abstinere se a
coniugib[us] suis, & non generare liberos. Chrysostomus contra eos qui subin-
ductas habent. εἴ τοι πολυτελῆ τεταρτοῦ φύτευται, πολλὰ τοῦτο γένεσιν
ιδίοματα, ἀπογένεσιν σφραγίδων τὰ πάτητα, τοῦτο γένεσιν
δύναται. Si quis mensa sumptuosa apposita, variis dulcissimis plena edulis, prohibe-
beat summis nimis, non attingere quicquam appositum.

XXXVIII. *Enim uero his omnibus locis, si orationem mettere ex proprietate Latina, id ipsum videtur permitti, quod tamen inhibetur: & affirmari, quod negetur: aut contra: quomodo apud Paulum. Quia ratione non negem perturbatum iri imperitum, audacia Costeri. Sed audaciam Costeri tamen exhibilaturos scio doctos, qui si bi putarit peniculo pugnandum.*

XXXIX. Nemo nquam Interpetum alterum Paulum exposuit. Syrus, & prohibent nubere, & abstinent à cibis. Tertullianus de Monogamia c. 15. Notat Apostolus eos, qui in totum nubere prohibebant, & qui de cibis interdicebant, quos Deus condidit. De Ieiuniis cap. 2. Apostolo detestatore eorum, qui sicut nubere prohibebant, ita inbebant cibis abstinentem à Deo conditis. Ambrosius, H enim & Christum natum negant, & nuptias prohibit, & abstinentem à cibis tradunt. Theophylactus, Id est, consulentium fore à cibis abstinentem. Augustinus contra Faustum lib. 30 c. 5. Cum Apostolus dixisset, Absidentes à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus. Cyrilus Hierosolymitanus Catechesi 4. Μηδέ φίζετε ὀλιγην οὐρανούσις, διὸ τοι μηδὲ τὴν πονηρὰν αἰδενίαν. μάταιοις αἱ μόρτειαι μητε τοι καὶ οἱ γῆ πινας τοιεῖται οἱ Αἴρονται λίγων, πελνούσι τυραννοῖς, αἵτοισι βογμάταιν. Grodecki verterat, Neque vituperes, qui modico vino utuntur propter stomachum, & crebras infirmitates: neque tanquam abominabiles oderis carnes. Sciebat enim tales quosdam futuros Apostolus, dicens, prohibentes nubere, & vesci cibis. Sed postrema verba mutata fuer

In editione Parisiensi Ioannis Praetorii Burdigalensis, Prohibentium nuptias, abstinentiam à cibis, eodem sensu conferuato.

XL. Papistae denique: Thomas: Tangit heresim Manichaorum, qui dampnatum matrimonium. Item Manichaei prohibent usum ciborum. Carthusianus, Prohibentium nubere, quasi matrimonium non esse: Sacramentum, atque dinitus infirmorum. Inuentum estiam abstinere à cibis. Caetanus, Inuentum abstinere à cibis: vitrumque preceptum dicitur esse Manichaorum. Gagnæus: Hoc autem loco, inhibentium abstinentiam, non est intelligendum: quod illi retinent abstinentiam à cibis: sed carnum usum potius. Guillaudus, Hæreticos prohibentes nuptias tanquam malas, presidobat Paulus: & qui iubarent abstinentiam ab eis tanquam communibus, & immundis ex secessis. Ex Ambrosio, & alijs Doctoribus viuetur mihi sic ordinatus textus. Prohibentium nubere, & iubentium abstinentem. Espefæus, Hec loco, inhibentium abstinentem, intelligendum est potius, quod carnium usum retinent, non à cibis abstinentias: quomodo qui dicit: Causa abstinentias à carnibus, abstinentiam præcipit, non inhibet. Salmero, Id est, prohibentium nubere, ne quis virtutem cibis. Iustinianus, In presentia, prohibentium nubere, & abstinentem à cibis: ut grante facile intelligat illud prohiberi, hoc vero imperari. Emanuel Sa, Abstinere, scilicet docemus. Longum sit & tedioussum ostendere colligere. Biblia Gallæa ex Editione Louaniensi, Defensans de mœbris, commandans de: abstinenre des viandes: prorsus conspirans cum Genteūcusi. Vide Magallianum in opere Hierarchico.

XLI. Et est manifesta series. Nam id quod sequitur, Quos Deus creauit ad participandum, argumentum est Apostolicum contra eam assertionem. Caetanus, Contra præceptum abstinentem à cibis, adferat Paulus rationem ex infirmatione diuina. Thomas, Improbat Apostolus hanc erroneam doctrinam dupliciter, scilicet ex intentione Dei creantis cibos secundo, ex conditione creature. Qua serie nihil soret ineptius, si Spiritus illi intelligendi essent, prohibuisse abstinentiam: quorum sic partes confirmarentur potius.

XLII. Verum non erat opus multo conatu ad ridiculum hoc communitum exagitandum. Altera responsio magis placuit, tum fortasse Costero, tum certè alijs. Baronio exploratum, anni quinquagesimi septimi §. 19. impie simul, ac sculte, incepte, ac pariter ineruditè, denique turpiter ac provocanter (caecilius &c.!) nouantes hæreticos ijs Pauli verbis abuti in fuggillationem Catholice veritatis, quæ ecclitatum nuptijs super extollit, & eiborum commendat abstinentiam. Satin' cominodè? Omnino ad veteratoris Romani naturam: p. 1. & 2. & 3. & 4. & 5. & 6. & 7. Mittamus verborum ἀντεπολογία rem videamus. Bellarminus. Damnat Apostolus hæreticos omnes, qui cibos, ut per se immundos, prohibent, ac præsebit: Marcionitas, Encratitas, Manichæos: testibus Chrysostomo, Ambroso, Theophylacto, Occumenio, Hieronymo.

XLIII. Euge! Planè, ac rotunde: vt Papistas oportuit: quorum inter est imparatas alicunde adorari conscientias, & in ciuimodi ceruas incurtere, cuiusmodi apud Æsopum sunt, quæ sibi à mari nihil periculi metuentes, sanguinem oculum aduerterant in continentem, opportunityes inde factæ ijs qui in litora erant venatoribus. Sed norunt fideles, non à solis Marcionitis, Encratitis, Manichæis, corrumpti solitam veritatem doctrinæ, imo impostoris mille esse artes nocendi: quare libi cauenterunt vndeque. Fatentur ergo taxari ab Apostolo Marcionitas, Encratitas; Manichæos, omnes, quicunque cibos per se immundos dicent. Sed, ijs exceptis, nullos prorsus: hoc vero, quicunque erunt sana mentis, dicent esse figmentum Iesuisticum.

XLIV. Quorsum ergo nobis Chrysostomi, Ambroso, Theophylacti, Occumenij, Hieronymi nomina? Horum enim nemo est prorsus, qui Papistas Veteratores dixerit excipi. Imo tu vide. Tertullianus, & Hieronymus, solos nominarunt Marcionem & Tatianum: at August. præterea Manichæos: Næ si Manichæi non suffissent Iesuitis minus Sophista, exceptissent eodem iure agere Paulum de Marciōne & Tatiano, testibus Tertulliano & Hieronymo. Itaque non de scriptis. Sed Augustino contra certum erat, eti Manichæorum non meminisset Tertullianus, Manichæis antiquior: eti eorumdem oblitus est Hieronymus, tamen Pauli verbis contineri etiam Manichæos, propter communionem dogmatis. Nec aliter, puto, Gangrenæ Patres addiderunt Eustathium. Denique hoc ipsum erat olim Tertulliani sophisma putum putum, respondentis Catholicis hunc eundem locum sibi obiciensibus. Reprobatur, inquit, illos qui iacebant cibis abstinentem: sed de prouidentia Spiritus Sanctus predamnans istm hæreticos perpetuum abstinentiam præcepturos ad deservendos & despicienda opera creatoris: quales inueniam apud Marcionem, apud Tatianum, apud Iouem hodiernum de Pythagora hæreticum, non apud Paracletum. Sensus est, damnari Marcionem, & Tatianum. Ergo non Montanistas. Antecedentem uno nomine auctiorem Papistas fecerunt: Damnari Marcionem, Tatianum, Montanum. Ergo non Papistas.

XLV. At si nihil habent commune cum Marcionitis, Encratitis, Manichæis, Papistæ, ne contineantur ijs Pauli verbis. Sed si habent illud saltem communi, vt prohibeant usum aliquorum ciborum, quo iure separabuntur Maxime, cum Apostolus ne verbo quidem attigerit causam prohibitionis: sed tantum prohibitionem expresserit. Quis ignorat posse eiusdem facti diuersas diuersas causas esse? Damnari eos Scriptura, qui foluant Iesum: Soluerunt longe aliter atque aliter Arius, & Nestorius. An propterea non vterque æquè damnatus? T. b. & n. impugnarunt longe aliter iuris iurorum, & iuribus: Longe aliter humanam naturam impugnarunt, Monophysites, & Monothelites: An illis damnari, hi absoluvi sunt? Minime vero. Quia, quicunque modo, quacunque causa non sunt nisi in iure impugnes, aut naturæ humanae veritatem in Christo: hoc ipso quod impugnes, impie facis. Eadem hic ratio est. Cum constet liberum permittum à Christo usum omnium ciborum, conscientia quidem causa: quicunque conscientia causa, eam libertatem infringet, contra Christum faciet, siue Marcionita fuerit, siue Encratitis se adscriperit, siue Manichæi haeserit, siue Eustathij casta se fatus fuerit, siue denique Papistarum dementia fauerit. Denique, sicut ridemus Dialeticum, si dicat, Hominem esse animal: non ergo bouem: sic detestamur Iesuitas in religione nugantes, nondammandos Papistas, quia damnati sunt Marcioniti.

XLVI. Verumtamen, neque illa Costeri impostura, neque hoc aliorum effugium, quantius pretij est, pra infinita Turriani subtilitate, qui non tantum Papisticam superstitionem ab isto Pauli loco tutam putauit, quod illis fuit satis superque: sed etiam nostram simplicitatem eodem dixerit damnari

sperauit se demonstraturum: id est, eo ipso loco, quo dixit Paulus, eos esse apostatas à fide, qui prohiberent vii cibis, quos Deus creauit ad vescendum, cum gratiatum actione, eundem ipsum Paulum docuisse, esse abstinentem cibis aliquibus: quod quid est, si non est ex eodem ore calidum elicer & frigidum? Consideremus subtilitas miraculum. Quorsum enim hoc de munia seculo nati essent Iesuitæ, si post tot Dominicanos, Franciscanos, Beati predictos, Catthusianos, alios, nullum operæ pretium ipsi facerent? Aut quomodo tandem tam sanctus ordo approbadus, canonizandus esset, si nihil nisi tritum, & commune cum vulgo ostentaret?

XLVII. Ille igitur in hunc modum: Ne quis falso existimat sanciri perpetuam adiaphoram, non dixit solum Paulus, Quos Deus creauit, sed, ad percipiendum cum gratiarum actione. Quibus verbis satis significauit, qui intelligere volunt, percipi quidem aliquando cibos alioqui bonos, vt à Deo creatos, non iuste tamen, nec in Domino, ac proinde non percipi in gratiarum actione: nam, quod iniuste fit, non potest esse in gratiarum actione. Post etiam subiicit, Et nihil reiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur: vt similiiter significaret, tunc esse reiciendum, cum non percipitur cum gratiarum actione, id est, iuste, & in Domino. Cum autem iuste percipitur, iuste quoque sanctificatur, ac benedicitur: si vero non iuste percipitur, sanctificatur quidem per Verbum Dei, & orationem, & erit sanctificatus, & benedicetus: non tamen iuste sanctificatur, & benedicitur ab eo, qui eum sanctificat, & benedicit ad vtendum contra iustitiam: vt vos Lutherani facitis, cum carnem, quibus diebus non licet editis. Cum igitur Paulus, dicendo nihil reiciendum esse, quod cum gratiarum actione, id est, iuste percipitur, simili doceuerit, illud reiciendum esse, quod iniuste percipitur, consequens sanè est, vt intelligamus fusile iam tunc, cum hæc scriptis, legem de cibis iuste sumendis: & iniuste percipi cibum, aut cibi genus, si contra legem percipiatur. Quod si erat lex de cibis iuste sumendis, cum hæc Paulus scripsit, quomodo Magdeburgenses vocant huiusmodi leges de cibis prohibitis, laqueos, & Pharisæicas Traditiones, & onera Iudaica?

XLVIII. Hoe est argumenti Turrianici πολύσημο, amputatis paraphrasibus, excursionibus, repetitionibus, & similibus artibus, quibus ita vñus est, vt solent atramento suo sepia: & quidem tam lentè, tam operose, vt vix tandem, quarta pagina concludere potuerit: πολύσημο αυθεντικός οδός στρατηγὸς τοῦ πολυσημοῦ, vt festiuè in alio argomento Plutarchus lauit in Cœlestis ambages. Sed retexamus. Si erat lex de cibis iuste sumendis (nam hæc basis est sophismatis) cum hæc Paulus scripsit: ergo leges de cibis prohibitis, non sunt laquei, aut Pharisæicas traditiones, aut onera Iudaica.

XLIX. Respondeo, negari consequentiam. Ratio negandi: quia lex de cibis iuste sumendis, non supponit cibos prohibitos: sed cibos iniuste sumendos: quomodo, si lex iubeat fieri vestes ex proprio, nemo dixerit, aliquæ esse legem, quæ prohibeat fieri vestes: sed tantum ex furto. Si quis eleemosynam iussit dari ex suo, næ ille non prohibebat eleemosynam dari: sed ex rapto. Breuiter cibis prohibitis opponuntur cibi permitti: & distribuunt cibos ipsos in duos ordines: At cibis iuste sumendis, opponuntur cibi iniuste sumendi: & cibos non distinguunt, sed modos sumendi. Itaque debuit consequentia hæc esse, si erat lex de cibis iuste sumendis, ergo leges de cibis iniuste non sumendis, non sunt laquei. Sed vidit hanc Sophista nimis multis parafrangis à suo instituto alienam.

L. Secundo, antecedens etiam falsum est. Non enim loquitur Paulus de cibis iuste sumendis, non supponit cibos prohibitos: sed cibos iniuste sumendos: quomodo, si lex iubeat fieri vestes ex proprio, nemo dixerit, aliquæ esse legem, quæ prohibeat fieri vestes: sed tantum ex furto. Si quis eleemosynam iussit dari ex suo, næ ille non prohibebat eleemosynam dari: sed ex rapto. Breuiter cibis prohibitis opponuntur cibi permitti: & distribuunt cibos ipsos in duos ordines: At cibis iuste sumendis, opponuntur cibi iniuste sumendi: & cibos non distinguunt, sed modos sumendi. Itaque debuit consequentia hæc esse, si erat lex de cibis iuste sumendis, ergo leges de cibis iniuste non sumendis, non sunt laquei. Sed vidit hanc Sophista nimis multis parafrangis à suo instituto alienam.

L I. Verum, inquit, quod iuste non percipitur, sanctificatur quidem per Verbum Dei & orationem: & erit sanctificatum & benedicatum: non tamen iuste sanctificatur, & benedicitur ab eo qui sanctificat & benedic. At carnes iuste non percipiuntur, quibus diebus non licet: Ergo carnes iis diebus iuste non sanctificantur. Vides rursus absurdam Sophistiken? Nam primo, si iusta distinctio estet sanctificandi, & iuste sanctificandi: tum vero ille Pauli sententiam contraheret, qui loquitur de sanctificando: non autem iuste sanctificando. Verumtamen, vnde hæc tam noua, tam absurdâ distinctio? Irane, vt, quicquid sanctificetur verbo Dei, & orationibus, non tamen iuste sanctificetur? Et poterit in rebus iniustis aliqua concipi sanctificatio? Sanctificatio vel absolute dicitur ad rem, puta cibū: vel relate ad personā: puta comedentē. Si absolute, non potest significare nisi ipsam rei naturā, quæ semper bona est, vt restatur Paulus. Si relate, nō nisi vñsum, cui ea applicatur, puta esum: vt significet aptam fieri ei vñsum. Prior modo, quis locus distinguendi inter sanctificari & iuste sanctificari? Cum absolute verum sit omnem Creaturam Dei esse bonam? Sin autem relate, tum vero, quid differunt Pauli, Nihil reiciendum, si cum gratiarum actione sumatur: sanctificatur enim per Verbum Dei & precēs.

L II. Certa argumentatio: Nullum sanctificatum reiciendum. At, quicquid sumitur cum gratiarum actione, sanctificatur per Verbum Dei & precēs: ergo nihil quod sumitur cum gratiarum actione reiciendum. At Iesuista præluppone aliquid iniuste sanctificari, vult idem reici: itaque procul dilredit à Paulo. Rursum, Sanctificatur, id est, inquit Emanuel Sa, idonea sit esum, si aliqui inepta eserit: quomodo, inquam, idonea vñsum? An vt, exempli gratia, ferrum fiat idoneum esum? Posset ferri, si dixisset Paulus tantum: Sanctificari per Verbum Dei, constat enim, Verbo Dei factum, vt panis edulis sit & carnes: sed addidit, & per precēs: at sanctificatio per precēs, non efficit, at quæ natura sunt aliena à nutritione corporis, eadem apta sint esum: quare oportet Paulum ita significasse, non remotiore aptitudinem ad vescendum, sed propinquorem illam, per singulos actus, quæ non potest esse nisi in iusto vñsum. Vnde necesse est absurdissime distinctam sanctificationem

LIBER DECIMVS NONVS, CAP. VI.

355

fficationem à iusta sanctificatione: vt sanctificetur quidem interdum cibus,
qui tamen non iuste sanctificetur.

LHI. At carnes, inquit, iustè non petcipiuntur, quibus diebus non licet. Vnde hoc vero? An à Paulo? Minimè sentium: nam ille contra negat, aut aliquibus, aut aliquando, cibis non licere vesci, dummodo sumantur eum gratiarum actione, *Nihil*, inquit, *reiciendum*, si cum gratiarum actione sumatur. Si nihil reiciendum: Ergo licet sumere: quanto igitur interuallo abest ab eo, vt dicat non licere sumere? Cestè infinito: tanto enim distat affirmatio à negatione. Quia igitur non à Paulo, an ab Ecclesia Romana? Egregiam vero laudem, & lpolia ampla! Scilicet: ita demum obtinebunt Iesuita, & magnificè triumphabunt, si eis solis id priuilegij concedas, vt impune peccant principium: quomodo nemo hostes non sternat, si quis vinculis constri-ctos obiectat.

LIV. Manifestè est igitur à nobis Scriptura. Sed nec aduersa prima Ecclesiæ praxis: quam obseruauimus capite præcedenti. Vidimus enim primo Ecclesiam nihil decernere , ex Theodoreto: secundo , abstinuisse quosdam: alios minime: tertio, abstinuisse non ex scrupulo legis, sed ex arbitrij libertate: quanto magis quisque, inquietabat Augustinus, seu voluerit, seu potuerit: Et alibi: Continebant alias ob causas, vel propter fratrum imbecillitatem, vel propter suam libertatem: quarto , neque , qui abstinebant dannasse eos qui vtebantur : neque qui vtebantur spreueisse eos , qui abstinebant. Quæ omnia contra fiunt in Papatu: nam & omnes abstinent carnis, fermentis, piscibus vescentes impune: Et abstinerre lex cogit, excepta , si forte, infirmitate corporis: qua tamen apud Carthusianos dicitur locum nullum habere: & palam damnantur, qui non abstinent: adeo ut Bellarmino dilatum sit cap. 9. Non esse Christianos qui carnis vescuntur in Quadragesima. At nos illam præstinam libertatem docemus esse reuocandam: & , quam legis necessitatem sequior posteritas induxit, refigendam.

V. Eadem libertas consumatur alijs exemplis: quibus constat sine peccato ea ipsa ieiunia, sive potius eam ipsam ciborum abstinentiam violatam: & quidem absque dispensatione: sed proprio priuatoque motu: quomodo solet fieri, vt eodem modo res soluantur, quo fuit ligata: nimirum, qui sponte suscepissent austерitatem vitae profiteri, non alia etiam causa quam sua voluntate filioriores fierent. Exemplum habemus, primum Spiridonis apud Sozomenum lib. 1. cap. 11. Græci Codicis: ἦν τὸς ποσαριστῆς εἰσηγητός, οὐκεῖν τέλος: αὐτὸν οὐδὲ παρεῖται εἰς τὴν οἰκίαν ἐπειναὶ τετέντω τῷ ιετεῖν, καὶ εἰς τὴν οἴκησον θύειται. αὐτὸς τοις εἰ μέσω διαμήνων ἀδερφῷ τῷ ξενὸν μελανητῷ μόνῳ δέ, τοσοῦτον θυσάτερος ἐφη, ὅπως Εἰσάρχος τοις τούτοις εἰσέπειν, καὶ φαγεῖν τοῦτο. Instante iam quadragesima, quibus diebus solebat cum familiaribus ieiunia continuare, certoque tantum die edere, intermedii cibo abstinenus, accedit ad eum viaior. Ille, viso hospite valde fatigato, Age: inquit filiam alloquens, huic viro pedes lanato, & cibum apponito. Hac negante panem adesse, aut polentam: ille ξενάρχος αὐτοπεφτεῖ, οὐ συγχώμενος λίτης εἰκελεύσεται θυγατερὶ εἰς τὰ μέτρα της τῇ οἰκίᾳ πεπαγεγενέθρακεψήτη, εἰς δὲ οὐκ ψήτη, καθίσας ἄμφα ποτή τῷ ξενῷ. Οὐδεποτε τῶν οἰκεῶν οὐδεις, καὶ τοις αἴδεις παρεξελέπει αὐτὸν μιανδεῖ. Οὐδεποτε δέ οὐκ λέγεται Χειστιανὸς εἰστον, ταῦτη μὲν δοκοί, ἐφη, μηματιστοί. πάντα γάρ καθεδεῖται καθαροῖς θεαταῖς ἀπειφέρεις αὐτοῖς λόγοις: precatus prius, & venia postulata, filiam iubet suillas carnes in familia ὑσμηνοῖς conditis coquere: cumque essent coctae, sedens una cum hospite, appositis vescebat, cumque hortabatur se imitari: cumque is recusaret, sequie esse Christianum profiteretur. Hoc, inquit, magis non debes recusare: omnia enim pura puris diuinis sermo de-nunciauit.

L VI. Alterum exemplum descriptis Theodoretus in historia Sancto-
rum Patrum in Marciano. Auitus magnae austерitatis monachus adit Mar-
cianum, hic iubet coqui legumen, & olus, atque adserri. Et Auito, *Ades dum omnium mihi amicissime, & huius mensa simus simul participes.* Ille, Nescio, in-
quit, me unquam cibum sumpsisse ante vesperam: sive autem duos & tres dies se-
mul maneo ieiunus. *Magnus autem Marcianus, Mea ergo, inquit, causa hodie*
mutetur consuetudo: nam cum sim corpore imbecillo, non possum expectare ve-
esperam. Non persuadebat tamen: itaque, *Ego inquit. animo angor, & valde*
cruor, quod tantum laborem coperis ut virum aliquem laboriosum vides, &
philosophum, sive autem falsius, cauponem videris aliquem profuse & delicate
viuentem. Auitus tum, *Se malle vesci carnibus, quam hac audire.* Et Marcia-
nus, *Nos quoque, ô amice, eandem quam tu vitam prosequimur, & amplectimur*
eandem viuendi rationem: & quieti labores preferimus: & ieiunium magis ex-
petimus quam cibum, eumque nocte aduenientiae capimus: sed scimus charitatem
esse ieiuniu[m] præstantiorem. Charitatis enim opus à lege diuina præcipitur. Ieiuniu[m]
autem est potestatis nostra, & arbitrij. Oportet autem existimare diuinas
leges esse nostris longè præstantiores.

LVII. Tertium exemplum recitat Nicephorus, lib. 4. cap. 18. Alcibiades quidam martyrum choro adscriptus, squalidam plane ac duram agebat vitam, & solo pane & aqua vicitans à ceteris cibis omnibus abstinebat. Quem morem cum in carcere quoque seruare pergeret, Attalo, qui & ipse post primum obitum certamen, eo connectus fuerat, res est reuelata. Is porro illum admonuit, non recte facere, qui creaturis Dei non uteretur, & multis exemplum scandeli atque offendiculi fieret. Proinde Alcibiades posthac nullo discrimine omne genus cibis, citra satietatem tamen, cepit: & gratias Deo egit, qui quod ei defusisset, ita expleuisset.

L VIII. Hanc ab antiquitate repetitam ciborum libertatem his strophis Bellarminus eludere conatur. Leges sancte hæreticos de cibis, tanquam immundis; at Ecclesiam nisi tali præcipere, quia hæc nullum cibum prohibeat, tanquam immundum: sed permittat ut cum gratiarum actione pro loco & tempore. Concedit non omnes abstinuisse: quia multi excusentur, vel ob ætatem, vel ob infirmitatem. Illud Augustini, quanto magis quisque sen voluerit, seu potuerit, ad abstinentiam referri non à carnis, sed à fructibus.

LIX. Nos instamus, & hæc commenta ne verisimilia quidem dicimus. Theodoreti mentem esse, abstinentiam à quibusdam cibis, esse quidem in Ecclesia: sed non ab villa lege, quæ eos prohibeat: contra quam apud hæreticos, qui abstineant quidem, sed ex lege, quia cibos habent pro immundis. Itaque sic exponendam: hæreticos docuisse cibos esse immundos, id coque prohibuisse, at Ecclesiam tencre cibos mundos omnes, ideo non prohibuisse. Hoc constat argumento gemino, primum, quia idem negat omnes

abstinere: sed multos permisit à lege bonis, & voluptatibus securos frui quod ipsum alij Patres docent: secundo, *Absidentia*, inquit, & eius participatio sunt in mentis poteestate: id est, ut dicebamus in libertate cuiusque. Atque hoc utrumque contra est in papismo: nam neque in cuiusque arbitrio est abstinentia: neque securus qui quam fruitur cibis omnibus.

L X. Excusari aliquos propter ætatem, aut infirmitatem scimus, sed a
pud Papistas: apud veteres negamus. Excusatur enim is, qui aliquid com-
mittit, alioquin non admittendum. Denique excusare est veniam dare. At
non conceditur secundum veniam nisi peccatum, teste Augustino, cap. 5
libri contra Faustum 30. At nemo Veterum dixit, peccatum vnum esse in e-
su ciborum: ergo neque excusationem. Sed quid coniecturas quæro: cum
res ipsa manifesta sit? Quid enim? Nonnediterte Augustinus causam ex-
preslit? Repeto, *Continent se igitur qui possunt, & à caribus & à vino duas o-*
causas, vel propter fratrum imbecillitatem, vel propter suam libertatem. Cau-
sam habes geminam, non quidem vtendi cibis: sed potius abstinendi, imbe-
cillitatem alienam, propriam libertatem. Si abstinent propter propriam li-
bertatem, ergo non propter legem: sunt enim hæc opposita, vt non possint si-
mul confundere. Deinde exempla manifesta. Spiridion nullam propter aut æ-
tatem aut infirmitatem ipse carnes suillas sumpsit. Matcianus nullam pro-
pter aut ætatem, aut infirmitatem epulatus est: sed vierque propter amicum
quod apud Papistas scelus sit.

L X I. Denique Augustini verba misere distrahuntur à Bellarmino: *Christiani non solum à carnibus, verum à quibusdam terra fructibus abstinent, & semper ut pauci, vel certis diebus ac temporibus, sicut per quadragesimam fere omnes: quanto magis quisque, vel minus seu voluerit, seu patuerit.* Hæc verba qui sic distrahit, vt significent abstinentiæ omnes à carnis, at fere omnes à fructibus terræ: nè huic nihil penit est, nisi vt imponat imperitoribus. Enim uero quis non videt hæc, *vel semper ut pauci, & quæ sequuntur*, pertinere ad verbum *abstinentiæ*? At hoc manifeste refertur ad utrumque, abstinentiæ à carnis, abstinentiæ à fructibus. Itaque eadem distinguunt, nou cibos à fructibus sed abstinentiæ à non abstinentibus: vt ne omnes dicantur abstinentiæ à carnis, & fructibus: sed fere omnes. Et vero manifestum est, eodem pertinere utramque, nimirum, & omnes, & fere omnes. At certum illud, omnes, non ad fructus: quia manifeste falsum, omnes Christianos abstinentiæ à fructibus.

LXII. In exemplo Spiridonis, idem obseruat, apposuisse quidem eum carnes hospiti, ipsumque gustasse: sed primo, cogente summa necessitate & charitate. Secundo, non prius quam à Deo veniam petiisset: quorū, si ciborum delectus non obligat coram Deo? Tertio, hospitem recusasse additratione, quia Christianus esset: vnde constet, Christianos non esse, qui carnis vescantur in Quadragesima.

LXIII. Necessestam agnosco: sed summam Bellarminus commentus est. Et hanc quis admittat, qui hospitem audiat recusantem? Post vero, si hospiti necessitas adfuit, cur ipse Spiridion comedit? An hic etiam ~~ad~~ ^{ad} ~~et~~ ^{et} ~~et~~ ^{et}? Sed charitas impulit. Ita est: quomodo & Marcianum, atque Autum. Mea, inquit ille, causa hodie mutetur consuetudo. Vnde constat, quomodo charitatem intelligas: non illam, quæ summam exspecter necessitatem fratris, cui sit subueniendum: sed quæ, vel gaudium testetur ex amici praesentia. Sed enim, si necessitas, si charitas tam facile apud Papistas excusat: cur tam seueru prohibentur in diuersorū carnes? ut aduentienti hospiti non possint apponi, ne morbi quidem causa, nisi consulto prius medico, addito etiam Episcopo, eiulve Vicario? Nam haec seueritas profecto procul recedit à facilitate & Spiridionis & Marciani.

LXIV. Postulauit veniam. Atqui, inquam, primo non constat, à Deo. Curnon enim, ut fieri solet, ab hospite, quod non posset laius accipi? Deinde, si referas ad Deum, cur interpreteris de hoc ipso factō, potius quam generaliter, quomodo solent Christiani, quoties cibum sumunt & precari, & veniam petere à Deo? Sic enim sanctificant cibum. Vel aliter (quod equidem videtur aptius) finiuit hoc actū ieunium eius diei Spiridon: itaque significatur, cum ante vesp̄eram pr̄ter suum morem cibum esset sumpturus, hoc etiam functum esse exercitio quotidiano pietatis suæ, ut non sumeret cibum: & si magis placet, non solueret ieunium, nisi conceptis precibus, & postulata omnium peccatorum remissione. Denique, si hoc Papistis sufficiat, cur non permittunt hodie id ipsum? hoc est, priuatius precibus, priuatimque à Deo solo postulata venia, quoscumque cibos sumere? Nam quis nescit frustra hæc futura, si non adeatur Episcopus?

LXV. Recusat hospes, eo quod esset Christianus. Ita est: sed hinc disce, quanto periculo , siue leges inducantur superstitione, siue consuetudines. Ita enim sit, ut ab inijs paulatim longe longeque recedatur; & quae primum libera sunt, sicut necessaria: sed, ex priuati hominis imperitia, non est aequum iudicari Christianam religionem. Dixit iste hospes quidem, Christianum se esse: ideoque non comedetur carnes. Oppone Sancti Episcopi contrarium apophthegma: *Hoc magis, inquit, non debes recusare.* Negavit hospitis consequiam: & contrariaim opposuit, Christianus sum, aiebat ille: Ergo non licet mihi carnes gultare hodie, Christianus es, regerit iste: Ergo debes hodie non recusare carnes. Esto sane Bellarminus impensis hominis discipulus: nos patiatur esse potius eruditii Episcopi: Sancti Episcopi. Et quidem siue consequia nullam vides hospitem dare rationem: quomodo prorsus apud Papistas idiotæ omnes solent. Sed Episcopum viculum vides suam fulcire verbo Dei diserto, *Verbum*, inquit, *Dei pronuntiavit esse omnia pura puris.* Quæ ipsa nostra ratio est, quoties interrogamur.

C A P . VI

De Statis Ieiuniis

I. Proximum est, ut de ieiuniorum temporibus loquamur. Nam apud Papistas, quid moris sit, in manifesto est. Distinguunt enim tempora: ut alijs ieiunare necesse sit: alijs vero nefas: alijs denique liberum. Necesse habent ieiunare primo, quinta feria, & Sabbatho per singulas septimanas; deinde certis anni temporibus: nempe quadraginta dies conti-

Et nos ante Festum Paschæ: tum quattuor anni temporibus, sic enim appellariunt, & distribuerunt, teste Bellarmino, alij in primam Hebdomadam Martij mensis, secundam quarti, tertiam septimi, quartam decimi: alij in primâ Quadragesimâ, & ipsam Pentecostes, tertiam septimi, quartam decimi. Postea sunt, ieiunia Aduentus, & Rogationum, illud tribus proximis Hebdomadiis ante Natale Domini: hoc vero, ante Ascensionem triduo. Denique ieiunia sunt Vigilarum, quæ assigaantur pridie singulorum festorum magnum. At diebus Dominicis & omnibus festis, ieiunare non permittunt: aut toto illo tempore, quod est inter Pascha, & Pentecosten. Reliquos omnes cuiusque permittunt arbitrio.

II. Catholici vero ieiunia nulla agnoscunt statu, aut à Christo constituta, aut ab Apostoli obseruata: sed omnia pro praesenti necessitate: itaque nullos certos dies habent ei dicatos exercitio: Sed peculiariter delectos, sive publice, sive priuatim; prout occurruunt publicæ priuatæ causæ. Publica ergo ieiunia indicenda permittunt ijs, penes quos autoritas est regenda Ecclesiæ: priuata singulis, vel familijs, vel etiam personis relinquunt.

III. Prima Catholicorum ratio ab indifferentia dierum. Ad Colosenses 2. Ne quis vos damnnet, ob cibum, vel potum, aut ex usiget iugis, respectu diei festi, aut nosilunij, aut Sabbathorium: quia sunt umbra rerum futurorum; at corpus est Christi. Ad Galatas 4. At nunc cum cognoscatis Deum, imo potius edociti sis à Deo, quomodo conuertimini retrosum ad impotentiam & egena elementa, quibus retrosum ab initio seruire vultis: Dies obseruatios, & menses, & annos. Metuo de vobis ne frustra fatigatus sim apud vos. Ex his constat, obseruationem dierum alienam esse à Christianitate: at quorundam dierum abstinentiam à cibis necessaria est obseruatio dierum. Ergo hæc est aliena à Christianitate.

I. Aduersariorum solennis atque vnica elusio est, hæc nonnisi pertinaciter & malitiose (verba sunt Salmeronis, Disputat. 29. ad Galatas) ab hereticis objici: cum Apostolus non reprehendat nisi eos, qui obseruantias Iudaicas iam extinætas, tanquam Iudaizantes, obseruare voleant.

V. Sed haec verus cantilena est, & iam explosa. Reprehendit Iudaicas obseruantias, verum: sed non nisi Iudaicas, falsum. Scilicet quisquam sanus credat Ethnicas probatas. Nain & Ethnici dies obseruabant. Quid Turcas dicam, aut Genethliacos? Augustinus, apud Bedam in ad Galatas, *Quis afficit quantum peccatum sit dies obseruare, & menses, & annos, & tempora*, sicut obseruant, qui certis diebus, siue mensibus, siue annis volunt, vel nolunt aliquid inchoare: eo quod secundum vanas doctrinas hominum, fansta, vel infanta exanimant tempora, nisi magnitudinem ex timore Apostoli pensaremus, qui talibus ait, *Timeo vos, no forte sine causa laborauerim in vobis.* Ambrosius in eundem locum, *Dies obseruant, qui dicunt, ut puta, Craftino proficiscendum non est: post craftinum enim non debet aliquid inchoari: & sic solent magis decipi.* Hi autem colunt menses, qui cursus Luna perscrutantur, dicentes, *ut puta septima Luna stramenta confici non debent: nona item Luna, seruum emptum, ut puta, domum duci non oportet: Tempora vero sic obseruant, cum dicunt, Hodie Veris initium est festiuitas: post cras, Vulcanalia sunt.* Non igitur, inquam, Iudaicas tantum obseruationes damnabat Paulus, sed etiam Gentiles.

V. Quare absurdè luxant Apostolica doctrinæ vim, qui ex ea particulae eliciunt Enunciatur de Iudaicis ritibus, ut dierum discrimina non sint Iudaicæ obseruanda. Illi longe sanius, qui vniuersale axioma retinent, Christiani nou debent dies obseruare, & menses, & annos. *Quomodo*, & ex 2. ad Colosenses, Ambrosius vniuersale eruit, *Quoniam omnis fides in Christo est ac fiducia, nulli superstitioni aut legi subiacere nos debere præcepit: quamobrem perstrepenes, aut aliquid quod ad fidem Christi non pertinet susurrantes, contemnendos.* Ast vniuercale axioma non minus Papistas perstringit, quā Genethliacos, quam Gentiles, quam Iudeos: nisi nos illi noua quadam arte deceat, non obseruare dicas, qui dicant, *Cras sexta est feria, peccabit mortaliter, qui carnes comedet: aut Dies est Dominica, ergo nefas fuerit ieunare.*

VII. Altera ratio ab ipsa est ieiunij natura, tristis semper, luctuosa, & afflictionibus propria atque accommoda. Non enim aliter Scriptura descripsit. In Veteri Testamento inde est phrasis. Psalm. 31. *Affixi in ieiunio animam meam*, Leuitici 16. *Mense septimo, die decima mensis affligeris animas vestras*. Idem Christus docuit Matth. 9. causam reddens, cur non ieiunarent sui discipuli, *Num possunt filii thalami lugere quandiu cum iis est sponsus?* Aderunt autem dies cum tolleretur ab eis sponsus & tunc ieiunabunt. Ergo lugere & ieiunare idem. Franciscus Lucas, in ea verba, *Ieiunium lugentis est actio*. Ianuenius, Concordiae c. 33. *Sub verbo lugere comprehenditur ieiunare, eo quod ieiunium luctus quidam sit, & Verbo ieiunare omnis luctus, afflictio, & inopia comprehenditur*. Toletus in Lucr. 5, *Ieiunium ad lucum pertinet quandam: tempus ergo ieiunii contrarium est nuptiarum tempori*. Maldonatus in Matthaei 9. *Cur non dicit ieiunare? non enim de luctu, sed de ieiunio quarebatur*. Ideo, ut opinor, ut in genere non solum ieiunium, sed omnes alias luctus species comprehendat: & plus quam ab aduersariis interrogabatur, respondeat: & ut à negatione generis ad negationem speciei fortius argumentetur. Si enim animal esse non potest, quomodo homo esse poterit?

VIII. Manifesta hinc conclusio, si quid manifestum esse patiuntur So-
phista. Neque enim ijsdem recurrentibus temporibus, semper etiam re-
currit luctus, s^ep^te potius occasio se offert gaudij. Itaque, vel non iejunan-
dum semper: vel aliquando esset cum gaudio iejunandum, quod est absur-
dum. Nam & h^ec cau^sa prae*ten*ditur, quare non sit iejunandum die Domini-
nica. Imo Papist^a, quoties incidit Natale Domini in feriam sextam, non ie-
junant. Bellarminus. *Causa* huius prohibitionis fuit, tum ob letitiam & cele-
britatem horum dierum: tum maxime in odio hareticorum. Illi igitur longe
prudentiores, qui ieunia non diebus assignant, sed occasionibus metiuntur:
quoniam, neque legem vñquam violare coguntur, neque ieuniorum natu-
ram: quorum alterutrum vitare non possunt Papist^a.

IX. Tertia ratio ab statu primæ Ecclesiæ: cum nullas certorum ieiuniorum leges fuisse constat. Testis Augustinus, Epistola octogesima sexta, quæ ad Calulanum, *Quibus diebus non oporteat ieiunare, & quibus oporteat, præcepto Domini, vel Apostolorum non inuenio definitum.* Sed & Eusebius Historiæ libr. 5. c. 17. ex Apollonio Montanum hæresiarcham accusat, sancitorum ieiuniorum, *αὐτὶς ἡ γένεσις τοῦ Μοντανοῦ ποὺ πάλιγραφωτείαις.* Αὐτὰς εἰσιν ἡ περισσότερη διδασκαλία, τὰ ἔργα αὐτῆς ή διδασκαλία διέκρινον. Επειδὴ εἰσὶ διδαχές αὐτοῖς γένεσις, οἱ ιησιαῖς γομοθετίσας, εἰπώντες ή τούτοις Γερουσίᾳ διοικεῖσθαι. Totidem his verbis loquentem audi de Montano. Enimvero quis

sit hic nouus magister, eius doceat opera, & doctrina. Is ille est, qui docuit solvere matrimonia, qui ieiunia legibus sanciuit, qui Peperam & Tymum Hierusalem nominauit, Audin? Statuum ieiuniorum originem referri longe alio, quam ad Apostolos, quam ad Catholicos?

X. Ad Augustini testimonium Bellarminus responderet, intelligendum de præceptis scriptis. Esse enim verum, in Scripturis non reperi vi lumen, aut Domini, aut Apostolorum præceptum de diebus ieiuniorum. Sed non sequi, nulum esse Apostolorum præceptum.

XI. Sed primum, potest negari eam esse Augustini mentem. Textus ita habet, *Ego in Euangelicis & Apostolicis literis, totoq; instrumento quod appellatur Testamentum Nostrum, animo id revoluens, video praeceptum esse ieiunium; quibus autem diebus non oporteat ieiunare, & quibus oporteat, praecepto Domini vel Apostolorum non inuenio definitum.* Hic, et si potest ~~et~~ & ^{et} repertus in secundo membro, illud de Testamento Nostro: tamen potest etiam omitti: postquam assertum, constare ex Scripturis praeceptum esse ieiunium: secundo assertur nullo praecepto, siue scripto siue non scripto definitum, quibus diebus oporteat ieiunare.

XIII. De Montano maius est Bellatmino negotium: Fingit sibi obiectum, primum fuisse Montanum, qui leges ieiunij imposuerit: & vocem illam *primus*, additamentum esse responderet haereticorum: neque esse in texu Graeco, Tertullianum non dicere accusatum Montanum, quod primus, sed quod nouas leges ieiuniorum addiderit: testari etiam ieiunium Paschale fuisse ex lege seruatum in Ecclesia ante tempora Montani: vnde sequi, non primum Montanum excogitasse leges ieiuniorum. Ab Hieronymo eundem reprehendi, quod tres quadragesimas instituerit, Epistola ad Marcellam. Theodoretum, libr. 3. de Fabulis haereticorum, dicere, eundem nouas leges ieiunij tulisse prater Ecclesiæ consuetudinem.

XIV. Sed de primo, cur higitur non video: neque enim Chemnitius, quem ille refellit, ita obiecit: sed Graeco habet textui, *Hic est*, inquit, *nouitius ille docto-
tor, ieiunias rōmānas rōmānas, qui de ieiuniis leges tulit: seu potius, qui ieiunia certis
legibus determinauit, definitiūt, vel ordinauit: hoc enim verba proprieſonant.*
Quanquam, si primum dixisset, non video, quanto illius peccatum maius es-
set, quam Christophori, qui ausus est yterere, *Qui nouas ieiunii leges san-
xit.* Ceterum ego quidem vere vtrumque dictum puro, & primum fanxisse,
& nouas fanxisse. Primum quidem, quia priorem nullum nouinus: Non e-
nim Catholicos, quod nos disputamus, sed nec hereticum quenquam: ne-
minem enim assignare quisquam potuit: nam Tatianus quidem praecedit,
iubens abstinere animantibus: sed id nihil ad ieiunia, verum ad perpetuam
victus rationem. Quod si primus fanxit, certe & nouas: nam si non nouas, nec
primus. Verumtamen, siue primum dicas, siue nouas, non multum derrahis
argumento: longe enim potentius est, damnari Montanus, quod leges tule-
rit: quam quod vel primus, vel nouas tulerit. Itaque, ne aduersum nos hanc
ob causam Bellarminus calum suum acuat. Nobis haec mens est: quo-
modo dominatur Montanus, quod matrimonia dissoluerit, sic damnari, quod
ieiunia certa esse voluerit: &, quomodo nihil interest, primusne, an secundus,
an denique postremus dissoluerit: sic perinde esse, primusne, an secundus, an
postremus fanixerit.

XV. Quid tum ergo: si dixit Tertullianus, si dixit Theodoretus, Montanum nouas leges tulisse? Non enim, non primus, si nouas. Et tamen de Theodoro sustineo dicere, quem Graece non legi. Et forte an interpretis idem peccatum est, quod Christophorsoni, ut *m̄st̄as r̄p̄ḡēn̄iū*, dixerit, de ieiuniis nouas leges sancire: accommodatus ad Papisticam superstitionem, quā ad vocum significationem. Verum tamen, ut dixi, *m̄st̄as*.

XVI. De Tertulliano confidentius. Nusquam enim iste Montani nouas leges dixit, quicquid Bellarminus iactet: sed nouam disciplinam Montani appellauit: & tum appellauit, cum obiectionem aduersum se proponeret Catholicorum. Itaqe de cetero indifferenter ieunandum ex arbitrio, non ex imperio noua disciplina, pro temporibus & causis uniuscuiusque. Sic & Apostolos observasse, nullum aliud imponentes iugum certorum, & in commune omnibus ob-eundorum ieuniorum. Ex quibus verbis Sole manifestius est, nouam disciplinam appellatam, non leges alijs legibus substitutas, sed nouam & ante nunquam auditam religionis rationem, quæ libertatem ieunandi tolleret, statutis certis diebus.

XVII. Sed Bellarminus notat Catholicorum sententiam calumniös expositam à Tertulliano: unde accusasse, quod ieunia improbarent. Præstare autem eam peti ex Epiphano, & alijs Patribus.

XVII. Et vero non diffitear in disputationis hoc feruore prætergressum esse Tertullianum modestiæ fines: sed obiectiones tamen imposuisse Catholicis, non est verisimile: non enim ita solet. Et frustrà ad Epiphanium, aliosq; Patres prouocatur: nam ne isti quidem leges necessarias ieiuniorum esse docuerunt.

XIX. Sed Paschale ieiunium Tertullianus in vsu fuisse testatur. Vbi, inquam? Nam ego festum, duntaxat lego c. 14. de Ieiunijs, *Pascha celebramus annuo circulo in mense primo*, Ieiunium Paschæ apud eum nunquam lego; nisi

LIBER DECIMVS NONVS, CAP. VII.

j61

nisi libro de Oratione extre mo, *Die Pascha communis*, & quasi publica ieun-
ny religio est: contra Papistarum d. Etiam pto certo habentium nefas es-
se eo die ieunari: vnde Pamelius hunc diem Paschæ interpretari cogit
diem ipsum passionis qui præcedit Pascha, vel feriam quintam. Sed illud
ramen cestum, nullam certi ieunij legem apud Catholicos fuisse, Tertul-
iani tempore: nam & hoc ipsum ieunium die Paschæ, quocunq; modo in-
telligas, ipse idem nominat quasi publicam religionem: vnde certum, non
esse legem, si enim lex fuisset, fuisset & publica religio: quare significat solé-
nem quidem obseruationem esse, sed ex libro cuiusque arbitrio, adeo ut no-
fieret absolute publica, sed tantum quasi publica, nimurum, quia vt fieri a-
mat, cum nulla lex cogit, multis obseruantibus, non paucinon obserua-
bant.

C A P. VII.

De Quadragesimæ.

I. **P**apistæ hanc Controversiam nullis, quæ quidem viderim, conficiunt Argumentis ~~et~~ ^{ad} oīs, sed partculatim capita percurrent singula. De Quadragesima, de Ferijs, de quaternis temporibus, de Adventu, de Rogationib. de Vigilijs: deniq; de diebus, quibus non licet ieunare: totidē enim Bellarminus distinguit: quæ & nobis ordine considerāndā.

Quadragesima ieunium ab Apostolis institutum, atq; vniuersae Ecclesiae traditum fuisse disputat Bellatminus: post rationes instituendi enumerat.

II. Institutum probat tribus argumentis. Primo, ex Apostolico Canone 68. Secundo ex Hieronymo & Leone. Illo ad Marcellam aduersus Montanum, Nos unam Quadragesimam, secundum traditionem Apostolorum anno, tempore nobis congruo, ieunamus. Isto sermone sexto de Quadragesima, Ut Apostolica institutio, quadraginta dierum ieunij impletatur. Et c. 9. A Sanctis Apostolis per doctrinam Spiritus Sancti, maiora sunt instituta ieunia, ut per commune consoritum crucis Christi, etiam nos aliquid in eo, quod propter nos gessit, ageremus. Tertio, Quæ in vniuersa Ecclesia obseruantur, & in nullo Ecclesiæ concilio instituta inueniuntur, omnia sine dubio ex Apostolica traditione descendunt: teste Augustino, Epist. 1.8. quæ ad Ianuarium: & quarti de Baptismo c. 24. At eiusmodi est quadragesimale ieunium probat, quia nusquam extet Concilium, in quo dicatur institutum: Quadragesimæque inueniatur mentio in autoribus, qui omnia Concilia præcesserunt. Et tamen obseruatum in Ecclesia vniuersali semper fuisse, patet ex Concilijs & Patribus diuersorum temporum, locorumque.

III. Sed nos longe verius censemus, Quadragesimam post Apostolum tempora institutam, nulla lege certa, sed priuati s religionibus, atq; adeo superstitionibus: indeq; paulatim inualuisset apud omnes, prætextu imitandi Christi.

IV. Argumentum primum, quia nusquam in Scripturis exsistet eius, vel tenuissimum, aut vestigium, aut indicium. Cum autem, nec omisum sit decreta temporarium de sanguine & suffocato : & diei Dominicæ argumenta certa, & de Ieiunijs in genere, & multa alia, ut similia, vel non maioris momenti. Ex quibus plusquam verisimile fit, ne hoc quidem omisuros fuisse viros *Sionenses*, si fuisset ab Apostolis institutuni, & quidem certa, eaque vniuersali lege.

V. Secundo, Cassianus, Colla. 21. c. 30. Sciendum sane hanc obseruantiam quadragesima, quondam Ecclesia illius primitiae perfectio inruolata permanet, penitus non fuisse. Non enim precepti huius necessitate, nec quasi legali sententia constituti, arcetissimi ieiuniorum terminis cludebantur, qui per totum annum spatiuum equali ieiunio concluderantur. Verum cum ab illa Apostolica denotione desiscens quotidie credentium multitudine suis opibus incubaret, nec eas usui cunctorum fidelium, secundum Apostolorum instituta, dividere, sed priuatim impendijs suis consulens, non seruare tantum, sed etiam augere contenderet, Ananias & Sapphyra exemplum non contenta sectari id tunc uniuersis Sacerdotibus placuit, ut homines curis secularibus illigatos, & pene, ut ita dixerimus, continentia vel compunctionis ignaros, ad opus sanctum canonica inductione reuocarent, & velut legallum decimaliarum necessitate compellerent.

VI. Sed hoc Cassiani testimonium Bellarminus eleuat gemino argu-
mento. Primo, non esse verum, omnes Christianos Apostolicis temporibus per totum annum dedisse operam ieiunij: nam contra, i. ad Corinth. 7. & 8. item Actor. 13. constat non semper, sed interdum fuisse ieiunatum. Secundo, nusquam inueniri legem illam ab omnibus simul sacerdotibus Christilatam: primum autem Concilium fuisse Nicenum, & in eo fieri Quadragesimæ mentionem.

VII. Sed & in priore sibi passus est imponi Bellarminus à figura dictoris: nam, quæ legis de æquali per totum anni spatium ieiunio, non ad literam significant abstinentiam a cibis, de qua nobis disputatio est: quæque ieiunij est exterior ceremonia: sed morale illud, quod Bellarminus appellabat ieiunium, qui finis est externi. Constat ab ipso Cassiano, qui c. præcedenti hunc Canonem ieiunij, illis, qui per totum anni spatium delicijs, vel negotiis secularibus implicantur, statutum dixit, & hos opponit iustis, quibus lex non est posita: quia spiritualibus officiis non exiguum illam, id est, decimæ partem: sed totius vita sua tempus impendunt. Atque ita describit ieiunium illud perenne: quod attonitum reddidit Bellarminū, qui tamen poterat id ipsum legere apud Chrysostomum, homil. 10. in Genesim, Si sobria mente vitam nostram instituerimus, & quicquid orij datur in spiritualia impenderimus, & cibos ita sumperferimus, ut tantum satiemur; quantum usus exigit, & vitam omnem in bonis operibus dispensemus, iam nullo opere fuerit ex ieiunio adiumentum.

VIII. Legem vero nullam ille villo in Concilio latam significat, sed universis placuisse sacerdotibus. nimis longè, lateq; gravante exemplo à primis ad alios, atq; ita ex consensu factam consuetudinem, quæ Canonis locu obtinuerit. Quomodo alia non pauca inualuisse negari nequit.

IX. Tertio, si instituta esset ab Apostolis Quadragepsima: Ergo & ipsum Paschæ festum. At hoc falsum: Ergo & illud. Consequentia per se patet, quia non aliter intelligitur Quadragepsima, quam numerus. dierum ante id festum. Assumptum habemus a certo argumento: quia, si institutu fuissest ab

X Potentissimum id quidem est argumentum, ab ipsis petitum Scriptura testimonij, 4.ad Galat 2.ad Coloss. 7 ad Heb. Sed est aliud insuper non negligendum. Quia si aut Christi, aut Apostolorum lege illa sanctius esset id festum: concordibus animis ea fuisse lata: & in eundem modum: itaque, & apud omnes vno modo conformiter celebratum, saltem ab initio. Quis enim credat, tam faciliter ac statim discessum a precepto tam sancto? Tum a reliquis argumentum est: neque enim variatum in Baptismo, in Eucharistia: ne quidem in die Dominica At in festo Paschatis, quam longe repetit porest Ecclesiasticarum rerum memoria, ratio fuit alia, atque alia. Non ergo verisimile a Christo, aut Apostolis institutum.

XI. Argumentum non omisit Socrates, οὐδὲ φάνεται ὅτι τοῦτο ἄλλα πολλὰ
καὶ χρόνος συνέπεια ἔλαβεν, οὐτε καὶ τὸ πάχη εἰς τὴν παρέκκλισιν τούτην συνέπεια
τοῦτο ιδίᾳ ζητοῦντος ἐχει τὸν θρησκευτικὸν, οὐδὲ τὸ μεθένα τοῦ διπλοῦ οὐδὲ τὸ φίλων μετέν-
τελευτικὸν τοῦτον τοῦτον : Videatur mihi, ut alia multa pro locis variis in con-
suetudinem abierunt, sic & Paschalis festinitas apud quosque populos consuetudine
quadam priuatam observationem meruisse, propterea quod nemo Apostolorum,
ut dixi, cuiquam leges de ea tradidit. Varias vero obseruationem statim an-
notat ex veteri Victoris Romani historia, quam repetitab Eusebium: & qui-
busdam alij.

XII. Quartum nobis de Quadragesima argumentum. Quod varie & pro arbitrio obseruatum est, non fuit lege sanctum, maximè Christi, aut Apostolorum. At Quadragesima varie fuit, & pro arbitrio obseruata. Non fuit ergo lege a Christo, aut Apostolis sancta. Maior non potest, aut incerta, aut obscura esse, ex natura legis, cuius est regere, non regi. Minor autem probatur, scilicet a Veteri.

XIII. Irenaeus apud Eusebium lib. 5. historiæ c. 26. Græci Codicis, s. d. 28
μέρον τὸ διάτημα τὸν ὑπερθερμάς, ἀλλὰ δὲ τὸ θεῖον τὸν αὐτότερον τησσαράς
οἱ πρόγονοι είναι μετατηλείγοντες αὐτούς τησσαράς οἱ πρόγονοι τοῦ θεοῦ τησσαράς τοι
ποιούσαντες τὸν πρώτον τοῦ θεοῦ τησσαράς οἱ πρόγονοι τοῦ θεοῦ τησσαράς τοι
πιανάντες τὴν ποικιλίαν τῶν εἰπορεύοντων, καὶ τῶν ιδίων γενεῶν, ἀλλαγὴν τοῦ ποιού-
σαντος τοῦ θεοῦ τησσαράς τοι, τοῦ θεοῦ τησσαράς, τοῦ θεοῦ τησσαράς τοι τοῦ ποιού-
σαντος τοῦ θεοῦ τησσαράς τοι : Christophorusonus
verit, Non enim de die Pascha tis solum sed etiam de Leiuui ratione & modo es-
ista constituta controvrsia. Quidam namq[ue] unum diem se ieiunare oportere ex-
istimat: alij duos: non pauci plures: multi quadragesita: atq[ue] diurnis, nocturnisq[ue]
horis omnibus numeratis, diem unum metuunt ac scaturunt. Atq[ue] eiusmodie eo-
rum, qui hac obseruant ieiunia, varierat ac discrepantia, non ita nostra state ce-
pita est, verum etiam longè ante apud maiores nostros, qui, ut coniectura assequi-
licer, non accuratè confundinam eorum, qui vel simplicitate quadam, vel priua-
ta autoritate, aliquid in posterum tempus statuissent observarunt.

XIV. Hæc Irenæus. Socrates lib. 5. c. 21. & Sozomenus 7. 19. & Niceph. 12. c. 34. & 35. longè latius diuersitatem exsequuntur, *leuniorum rationem*, inquit Socrates, *qua ante Pascha fiunt, aliter ab alijs obseruatam fuisse, facile est reperire.* Nam, qui sunt Roma tres septimanæ ante Pascha, Sabbato & Dominico exceptis, simul ieunant qui autem in Illyria, & tota Græcia, quicq; Aleandria habitant, ante sex septimanæ ieunia, que ante Pascha sunt, ordinantur, illudq; tempus Quadragesimam nuncupant. Alij, præter horum consuetudinem, Septem septimanæ ante illud festum initium ieunandi facientes, quamvis quindecim dies solum, quibusdam internullis interpositis, ieunant, nihilominus tam tempus illud, Quadragesimam vocant. Vnde non mediocris me capit admiratio qua ratione isti, licet de numero dierum dissentiant, omnes eodem modo Quadragesimam appellant. Alij aliam causam huius nominis suopte ingenio excitatæ, tradunt. Quinetiam non de numero dierum solum discrepant, verum etiam de abstinentia à cibis variam sequuntur rationem. Nam alijs omnino ab omni animalium genere abstinent: alijs inter animata pisces solos comedunt: alijs cum piscibus volucres etiam manducant, easq; ex aqua (ut est apud Moysem) nasci asserunt, alijs à fructibus, duris integumentis inuolutis, & ab alijs temperant: alijs arido pane solo vescuntur, alijs ne illo quidem. Sunt, qui cum ad horam nonam ieunauerunt, varijs ciborum generibus vntuntur. Aliaratione apud alias gentes ieunatur: cuius rei sunt causa prope infinita: καὶ ἐπιδίδεις τοῖς τέττευχοφορέσθαι διέξει τὸ πρόγελμα, δηλοντος τοῦ τεττέυχου γνώμην τὴν αποφέύοντες τεττέψαντες οἱ διέσπολοι τὰ τέκνα μὲν φέροντες, μηδὲ τοὺς αὐτοὺς τοιαζαδὸν καταπορεύοντες. Ac quoniam nemo de ea præceptum, literarum monumentis proditum, potest ostendere, perispicum est, Apostolos liberam potestasem in eadem cuiuscumque menti & arbitrio permisisse, ut quisq; nec metu, nec necessitate inductus, quod bonū sit, ageret. Nicephorus addit, aliqui horam nona, aliqui post occasum solem, quidam post diem unam sequentem die cibum capiunt: nonnulli vero ad tres, ad quatuor, ad quinque, ad septem usq; dies, dapibus abstinentes procedunt: pro eo atq; quisq; caro vel pulchrum vel potest.

XV. His testibus accedit Augustinus contra Faustum libr. 30. cap. 5. Catholici e domini corporis causa, propter animam ab irrationalibus mortibus amplius humiliandam, non quod illa esse immunda credant, non solum a carnis, verum et quibusdam etiam terra fructibus abstinent: vel semper, sicut pauci, vel certis diebus, atque temporibus, sicut per Quadragesimam fere omnes, quanto magis quisque, vel minus, vel voluerit, seu potuerit. Ad Casulanum Epistol. 86. Videat quanta afficiat contumelia ipsam quoque Romanam Ecclesiam, ubi et bis hebdomadibus, in quibus quarta, et sexta, et sabbato ieiunatur, tribus tamen diebus continuis, Dominico scilicet, ac deinde secunda, et tercia prandetur.

XVI. Magnam hinc habes diuersitatem: eiusq; capita quatuor: primo in dierum numero, trium, vel sex, vel septem hebdomadarum: secundo, in continuacione, vel relaxatione ieiunij, vnius plurimumue dierum: tertio, in generibus ciborum: quarto, non tantum publicum discrimen pro varijs regionibus: sed etiam priuatum per capita: nimis rursum, quia ieiunari quisq; pro arbitrio: non tantum pro viribus. Vnde certa conclusio, nullam fuisse legem, qua sanciretur Quadragesimale ieiunium.

XVII. Torsit Balarmumin hæc diversitas non tam en ut daret gloriam Deo, aut obliuisceretur Sophistes. De Irenæo prius agit: tum de reliquis. Non agere Irenæum de Institutione ieiunij Quadragesimalis: sed solum de forma ieiunandi, id est, quamdiu oporteat ieiunantes manere impastos, vnone die, an duobus, an pluribus. Probat argumentis quinque, primo, ab ipsis verbis, secundo, quia dubitatum dicatur, non de ieiunio, sed de forma, sive specie ieiunij, id est quomodo seruandum esset, tertio, quia dictum, non solum de die Paschæ, sed etiam de forma ieiunij controverti: at de die non erat controuersum, vtrum celebrandus esset: ergo neq; de ieiunio: quarto, incredibile videri, quo'dam putasse vno tantum die constare, aut duobus, ieiunium illud, quod Quadragesimæ nomen semper habuerit, quinto, quia reuera semper variauerit consuetudo apud Veteres continuandi ieiunij.

XVIII. Respondeo, non agere quidem Irenæum de Institutione, aut Ieiunij quadragesimalis, aut ipius festi Paschæ, neque vero nos ita posse: sed ex ea tamen, quam ille annotauit diuersitate, sequi id quod nos disputamus, videlicet, neque ab Apostolis sanctum, neque vero illa lege, sed consuetudine duntaxat inualuisse, ac proinde liberum fuisse. Hanc autem consequentiam nullo Bellarminus infirmat argumento: quare hoc quicquid est obseruationum, nihil ad nos, Tantum moneo: eum diem, duosue intelligendos per singulas hebdomadas: nempe, in eo diuersam fuisse consuetudinem, quod quidam in Quadragesima, singulis septimanis, singulos dies tantum ieiunarent, quidam binos. Quomodo ex Augustino habemus Romæ tenuis, feriam scilicet quartam, & sextam, & Sabatum. Ex Socrate alios aliter: & tamen omnes Quadragesimæ nomen usurpare: nimirum, ut mihi quidem videtur, quia haec, quantumcunque diuersitas esset, tamen ad id tempus pertinerer, quod ante Paschæ diem, eos dies numeraret, & clarus: quod is delectus, non toto anno, sed fieret tantum intra illos proximos Paschæ dies quadragesinta.

XIX. Rursus negat Irenaeum significare consuetudinem quadragesimalis ieiunij introductam à priuatis hominibus , & ex simplicitate quodam : ideoque à viris Apostolicis non accurate seruatam : sed potius , aliquos ex antiquis non accurate seruasse consuetudinem , ut erat à maiori bus tradi ta , & Apostolicis viris : atque ex hac negligentia ortam varietatem . Et Græca sonare , Qui non accurate , ut par erat , tenentes simplicem , & propriam consuetudinem , eam ad posteros transmiserunt : vnde sequi , aliquos ex Veteribus non conseruasse consuetudinem Apostolicam , ita simpliciter ac proprie , ut conseruanda erat.

XX. Sed, nimirum Bellarminus abutitur suæ eruditionis opinione, ut speret persuaderi nobis posse, eam esse legitimam Græci contextus versionem. Atqui primo, *tò ἀντίος*, *oīs eīos negrūt̄as*, nego bene reddi, qui non accuratè, ut par erat, tenentes: Non quod negem, illud *oīs ei-
nos*, interdum significare, ut par erat: sed, quia id ferat Græcorum usus, ut *oīs eīos* reseratur, non ad *ἀντίος*; scorsim, sed ad *οīs tò ἀντίος*; quomodo significaretur non debuisse ista obseruari exactè, quæ mens longe abit si minus ab Irenæo, certè à Bellarmino. Itaque, tum à Rufino, expressum per, ut opinor: tum à Christophorsono, ut coniectura assequi licet, quæ visita-
tissima est eius phrasis notio.

XI. Secundo illud καρτεῖται τὸν καδὸν ἀπότομὸν τωνίσσειν, ut patiar reddi, tenentes simplicem, & propriam consuetudinem, fieri potest, sed explicari, non conseruasse consuetudinem Apostolicam, ita simpliciter ac proprie, ut conseruanda erat: nemo patienter ferat, qui in medijs Athenis non sit Scytha. Longe enim aliud est id quod scriptit Irenaeus, ab eo quod expressit Bellarminus, quasi esset Graece, καρτεῖται καδὸν ἀπότομὸν οἰδηποὺν τὸν τωνίσσειν. Nam hoc designatur, qua ratio fuerit observationis: cum Irenaeus significarit potius naturam, ut ita dicam, consuetudinis. Praterea, ut demus scriptum, καρτεῖται καρδὶοπούμον, quis est tam infausto natus sydere in Gracia, ut verat, proprie conseruari: ea notione proprietatis, qua τὰ πεπίτα significali? Nam ιδιωπούμις, significat potius primum morem, oppositum publicae consuetudini, nisi me fefellerit quicquid Atticorum fuit.

XXII. Itaque immrito Bellarminus negat Irenæum significare quadragesimalis ieiunij esse introductam consuetudinem, priuata institutio-
ne, non autem vniuersali lege, aut adeo vli: lege: falso addit significari in-
troductam esse ab Apostolis. Contra enim omnia Irenæus expressit: &
interpretatus est nuper Christophorus: cui, quod Russinum antepo-
nat, iniustè facit: quippe quem constet, multa peruertere potius, quam
vertisse: quod ignorat nemo, nisi, qui nunquam eius Latina Græcis com-
parauit.

XIII. Sed enim diuersitatem ieunij negare cum non possit, Bellar-
nus extenuat. Vere omnibus seculis ieunium hoe fuisse dierum qua-
draginta, id est, triginta sex. Et probat, quia omnes Patres hoc significant
omine Quadragesimæ: per quam intelligi non potest, nisi numerus qua-
draginta dierum: Secundo, quia multi dicunt ieunari ad exemplum Chri-
sti, Mosis, Eliæ. Tertio, quia Ambrosius, Gregorius, Cassianus scribunt,
quadragesimam continere dies quadragesima duos, & detractis diebus Do-
minicis, remanere dies triginta sex. Quarto, quia Augustinus, Leo, Chry-

fologus, disertis verbis tradant, ieiunium esse quadraginta dictum. Conciliari itaque diuersitatem: quod omnes triginta sex diebus ieiunarent, non continuis tamen. Quosdam enim Dominicam exceptis solam: & hos Quadragesimam obseruasse: alios etiam Sabbatum: & hos Quinquagesimam addita nimurum vna hebdomada.

XIV. At h[ic] fructu[m] primum, quia Socrates, & Sozomenus, & Nicephorus disertè dicunt, discrepasse veteres de numero dicrum. Secundo, quia et si constaret omnibus idem numerus, tamen, in eo colligendo, magna fu- perest diuersitas: quae non potuit esse à lege, sed ab arbitrio. Tertio, quia fu- perest ipsius ieiunij ratio, non eadem cum abstinentia ciborum.

XXV. Nominari Quadragestimam ab omnibus, primo falso, nam qui septimanam vnam addebant, appellabant Quinquagessimam. Deinde nihil efficit: non enim significat numerum dierum, quibus singulis ieunetur: sed tantum spatium temporis, intra quod exercecentur ieunia, et iam si diuersa ratione exercecentur: que mens est Socratis admonentis, & quidem cum admiratione, in tanta dierum varietate, tamen usurpatum fusse id nominis.

XXVI. Obseruatam Quadragesimam ad exemplum Christi, concesso plerisque dictum: & credo prætextum fuisse, sed negatur propterea confici exactum yllum dierum numerum, quibus ieunaretur: sed duntaxat, ut in præcedenti argumendo, Quadragesimam ieunijs celebratam, est si variè. Et vero, ab exemplo Christi, nonne ter constat discessum, & quod pro quadraginta diebus, tantum triginta sex numerentur: & quod non continuetur ieunium, sed intermitatur: & quod dies tantum non etiam noctes computentur? Dixit Ambrosius, si tamen Ambrosius, sermon. 23. Dominus Iesus Christus hunc eundem numerum ieuniij consecravit, & continuatis diebus, noctibusq; non capiens cibum, unum ieuniij corpus efficit, hoc est, lices dies ordo noctis interrumpetur aduentu, non tamen interruptus est ordo ieunij: unde erant apud eum plura temporum curricula, sed abstinentia dies una, ostendens nobis, ita nos hunc numerum integrum ieunare debere, ut, quia totam Quadragesimam complecti non possumus solido & uno ieuniu, vel quotidiani eandem sine intermissione ieunijs celebremus. Vides, elegantiam ingenij, religionis subtilitatem? Ieunauit Christus quadraginta dies, totidemque noctes: Ergo nos debemus ieunare quadraginta dies? Cur non etiam noctes? Quia non possumus. Ita esto, inquam: sed consequentia igitur non est necessaria. Et quis non similiter alijs exceptionibus videt apertam ianuam? Cur non enim negentplurimi, se non posse ieunare quadranginta dies? Et vero ita factum constat, cum ex hac ipsa diuersitate: sum vero & Homilia Chrysostomi 10. in Genesim. Papistæ tandem: ieunauit Christus Quadragesimam, nos non possumus, ergo carnes ne edamus, reliqua, ut libet: Ergo non tantum nona cenemus, aut vespere, sed etiam sexta prandeamus. Sic enim solent exempla in deterioris proficere. Id fuit dicere, ergo ne ieunemus, sed singamus ieunare. Acutè, an etiam pī?

XVII. Contineri Quadragesima dies tringa sex, dixerunt Gregorius & Cassianus: sed Ambrosius sermon. 23, non dixit: imo quadraginta duos constanter. Ex quibus, si auferas lexies diem Dominicum, fateor confieri tringa sex, qui calculus est Gregorij, & Cassiani, sed id non habet Ambrosius. Imo contra, Ostendens nobis, ita nos hunc numerum integrum iejunare debere, ut quia totam Quadragesimam complacti non possumus jolido & uno iejunio, vel quotidianis eadem sine intermissione ieunii celebremus: ut si quisquam unam diem abstinendo pratermisserit: totam Quadragesimam violauerit: & propter modici temporis cibum magnificum laboris amiserit. Et 37. Sanctam Quadragesimam abstinendo ipse Dominus consecravit, & tot dierum, noctiumque curriculo cibum omnino non capiens, unum ac solidum iejunij corpus effectus, quod in totum non obseruare sacrilegum est, ex parte violare, peccatum est.

XXXVIII. Deinde, non sequitur ita factum ab omnibus, sed ab ijs qui maximè suam authoritatem ostentarent: quos & alij superare conantes, quinquagesimam sibi præscribabant, inuito Ambroso, si tamen Ambrosius est author Sermonis 34. Nonnulli Christianorum, inquit, existimantes se diuinitatis præcepta religiosius obseruare, prætermissa denotione Quadragesima, cuius hodie cur amus exordium, quinquagesimam se facere, mentuntur, cum id neq; diuinis literis iubetur, neq; traditum sit authoritate maiorum. Sola igitur hoc faciunt animi præsumptione, & dum putant se deuotius agere, superstitionis conuersantur. Hinc probatur magis diuersitas, nam hic autor: quisquis est, quadraginta dies videtur exigere, ne uno quidem deempto, alij tantum triginta lex. Idem author quinquagesimam improbat, quam alij probabant. Non improbaslet autem, si in idem recideret.

XXIX. Augustinus, Leo, Chrysologus, definiunt ieiunium esse quadragi^{ta}a dierum. An eo sensu, vt ijs singulis diebus ieiunia sint? Facilerum: ergo discrepabant ab alijs, qui tantum triginta sex, multo magis ab alijs, qui pauciores. Neque hoc fruolum: quia Chrysologus, sermone vndeclimo yrget numerum Arithmetica subtilitate, *Quadragesima* quatuor decades, quadratam fidei continet disciplinam, quia semper est quadrata perfectio. Quae ratio perit in quadrageinta duobus: & in reliquis. Immo in triginta sex: nam, et si hic numerus sit quadratus, tam non eo allusum, sed quia quadrageinta sit ex decem & quatuor. Sed profecto non est verum, sic numeratos ieiuniorum dies. Augustinus, Epistola 119. cap. 17. *Vt quadraginta illi dies ante Pascha obseruentur, Ecclesia consuetudo roborauit.* Possunt autem obseruari, etiamsi non singulis ieiunetur: Leo, sermone quarto de *Quadragesima*, *Magna diuina institutionis salubritate prouisum est*, ut ad reparandam mentium puritatem, quadrageinta nobis dierum exercitatio moderetur, & ieiunia casta decoquerentur. Hac erat celebratio, non ieiuniorum tantum, sed etiam aliorum exercitorum piorum, hanc erant perpetua, illa non item: Nam extremo eodem sermone, exigitur ieiunium ternum dierum, *Secunda igitur, inquit, & quarta & sexta feria ieiunemus.* Chrysologus, Quadragesimam ait, ieiunari, totam non dicit: Et potest intelligi Quadragesimam ieiunare, qui tamen non totam ieiunet. Nam Graeci dicebant, se Quadragesimam ieiunare, qui tamen, tene Bellarmino, quinis tantum per hebdomadas diebus ieiunabant, empo nimicrum Sabbathio & Dominico, qua ratione triginta dierum ieiunata erant illis ieiunia. Quid? quod apud Clementem, *Constitutio-*

num s.c. 17. legimus, *Ieiunare diebus Pascha, incipientes à secunda feria, usq; ad sextam & Sabbathum, sex diebus.* Enim uero, quid opus erat praescribere, sex postremorum dierum ieiunium, si perpetuum fuisset totis quadraginta? Itaq; nihil obstat, quominus intra Quadragesimam ieiunia fuerint plurimum, pauciorumve dierum pro varia locorum consuetudine vario etiam personarum arbitrio.

XXX. Sed in Socratem Bellarminus animaduertit seuerius. Fidem nō mereri, quia Nouatianus fuerit & Aetianus, & cupiuſe festa, ieiuniaque esse libera. Deinde, aut manifeste falsa dicere, aut corruptum esse codicem, cum scribat apud Romanos non ieiunari, nisi tribus hebdomadibus ante Pascha, detractis Sabbathis, & Dominicis. Cum tamen Romæ ieiunaretur Sabbatho, per totum annum, teste Augustino ad Casulanum: & Canone quinquagesimo quinto textæ Synodi. Cassianus etiam, qui vixit eodem tempore scribit Latinos ieiunare sex hebdomadas: Leo sermone quinto de Quadragesima, Romæ ieiunum esse omnino quadraginta dierum. Itaque concludit Bellarminus videri corruptum codicem, & pro tribus hebdomadis, reponendas quinq;, & has quidem ieiunatas ab hebdomada sancta, id est, proxima ante diem Paschatis.

XXXI. Sed his de rebus nonnulla nobis explicata sunt in controvèrsia de Cælibatu. Itaque de Nouatiana hæresi, nihil amplius dico. De Aetiana nouum crimen: & sine dubio hac ipsa huius loci occasione confictum à Bellarmino. Itaque neglectu facile. De Sabbatho etiam tunc dictum. Restant tres hebdomadæ: in quibus, si aut mendacium est: aut mendem, mitteret sanè lector: non immerito, cur repetitum, non a Nicephoro duntaxat, sed etiam à Cassiodoro, Tripartita historiæ libr. 9. cap. 49. Cassiodoro, inquam, Latino homine, cui non poterat ignota esse Romana Ecclesia.

XXXII. Sed etiam, cur aut mendum, aut mendacium? Cassianus scripsit Latinos sex ieiunare hebdomadas: Leo ieiunium esse omnino quadraginta dierum. Sed de Leone falso. Nam is, *Saluberrime*, inquit, nos quadraginta dierum ieiunio preparamus: eodem sensu, quem antea diximus, nimirum, non quod totidem diebus ieiunaretur, sed quod intra id spatium ieiunaretur. Cassianus disserior, sed hunc non possum describere quid soleret ab omnibus fieri, verum quid ab ijs, quibus exactior esset austeras. Tum Socrates non simpliciter de ieiunijs est loquutus, sed continuatis, *Romani tres ante Pascha septimanas, præter Sabbathum & Dominicam, sub continuatione ieiunant.* Sic enim vertit Cassiodorus.

XXXIII. Demus tamen: peccatum in Romanis. Quid in alijs? Nam alij quinque septimanas dicuntur ieiunare, alij sex, alij tres, alij septem, & qui tres, has ipsas *m̄ηγειας* quinum dierum Nicæphorus notat. Non igitur sublata diuersitas. Nam Baronius anni quinquagesimi septimi s. 191. Licit de vñ Quadragesimalis obseruationis diuersa fuerint diuersarum Ecclesiarum consuetudines: omnes tamen in id ipsum consenserunt, ut certa anni temporis, que sanctum Pascha præcurrunt, eadem ieiunii celebrarent. At nos ab ijs diuersitatibus argumentum sumimus, non esse Apostolicam institutionem: non esse legem: sed liberam consuetudinem. Quid tum enim, si omnes in id tempus consenserint? Aut cur non sit difficile eo modo conciliare etiam maximè dissentientes? Nam & nos similiter concurremus in idem cum Papistis: quia etsi negemus certa esse & necessaria ieiunijs tempora, tamen consentimus esse ieiunandum. Et consentient Montanistæ Catholicis, quia etsi non eundem vtrique dicant esse Paracletum, tamen consentiant esse vnum aliquem. Sed haec sunt incepta. Imo contra: quomodo, etsi consentiant Montanistæ Manichæi esse Spiritum Sanctum, tamen ijdem dissentiant, cum dicunt esse Montanum: sic etsi illæ omnes Ecclesiaz consenserint in Quadragesimæ tempus, tamen in diuinum numero dissenserent.

XXXIV. Hactenus argumenta nostra, quibus probamus non esse, aut à Christo, aut ab Apostolis institutam Quadragesimam. In contrarium sententiam opponebat Bellarminus primo, *Canonem Apostolicum* 68. Sed hos Canones esse Apostolicos sciebat Bellarminus non constare: imo Apocryphos esse, teste Gratiano, distinct. 15. cap. *Sancta Romana*: & Ildoro, apud eund. dist. 16. c. *Canones*. Enim uero non tantum præcipitur Quadragesima ieiunari: sed etiam quarta feria: & quidem interminata clericis depositione, *Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut hypodiaco[n]us, aut lector, aut cantor, sanctam Quadragesimam non ieiunari*, *in vñquā, vel quartam, vel parascenū, ad dñeū, deponitor.* Quod neque Papistæ viruperunt vñquam. Itaq; ne mirentur, si tam hoc quam illud dicamus esse, non ex autoritate Apostolica, sed ex certorū locorum obseruationibus, quibus accommodatos esse huiusmodi Canones, non hoc vnum est argumentum.

XXXV. Secundo, citabat Bellarminus Hieronymum, & Leonem, institutionem deferentes Apostolis Ego vero non hos tantum sciebam non nihil eiusmodi dicere, sed etiam alios altius progredi, ad ipsum usque Dominum, quod ipse postea Bellarminus notat: quod tamen est falso: & mollitur commoda quadam interpretatione, tum à Bellarmino, tum etiam à Salmerone. Sed ijs testes sunt longè post initia Ecclesiaz. Quis autem non miretur ante Hieronymum, qui in extremum incurrit seculum quartum, neminem inuentum, qui autores laudaret Apostolos? Imo in tanto vñ, non plures occurrere, quam Hieronymum, & Leonem? Nam plures Bellarminus non nominat: ne Baronius quidem, Bellarmino diligenter: imo & religiosior: qui ne Apocryphis inniti videatur, *Canonem Apostolicum* omitti concedit, quem Bellarminus non estimauit se indiguum.

XXXVI. Tertio opponebat, ea sine dubio instituta esse ab Apostolis, qua ab vniuersa Ecclesia obleruantur, nec vlo Concilio instituta inueniuntur, teste Augustino. Augustinus tamen non est ita loquutus, sed *datur ab Apostolis constituta*: quod longè mollius, quam quod expressit Bellarminus, *Sine dubio esse instituta*. Nam illud verisimilitudinem tantum significat, hoc necessitatem. Deinde, qua ab vniuersa Ecclesia obleruantur ambiguum est, quid sit: vel enim vniuersam Ecclesiam nominat repetitam ab ipsis initijs, vel per singula tempora, id est, obseruari ab vniuersa Ecclesia, quod vel nunc demu in omnē Christianitatem inualuit, vel quod ab ipsis Ecclesiaz initijs sic fuit. Si ab ipsis initijs, concedimus, quia hæc nō nisi ab Apostolis, quibus superstitionibus, non est verisimile quicquam fortui-

Tom. III.

to, aut ijs in uitio, imo inscijs, impositum vniuersæ Ecclesiaz, si de alijs, quæ non ab initio, nos falso l̄cumus axioma, vt de imaginibus, de cælibatu, de ciborum delectu, de vestium discrimine, & alijs non paucis: quæ quantumcunq; in ualuerint longè lateque, tamen nunquam fuerunt ab Apostolis: nonnulla potius contra Apostolos.

XXXVII. Sed hanc ieiunij Quadragesimalis obseruationem in ijs numerandam, qua ab initio Ecclesiaz, vbiq; sunt Christianitatis obseruata, aperet falso euicerunt argumenta nostra, ab Apostolis scriptis desumpta. Imo illud à diuersitate probat, non in ualuisse in omnem Ecclesiam: nam quæ aliter atq; aliter obseruantur, non possunt ab Apostolis esse instituta, quorum ab eodem Spiritu eruditorum non potuit non esse individuus consensus. Neq; vñquam pijs fuit persuasum, ab Ioan. institutum Pascha decima quarta Luna, à Petro autem post eam: quomodo iactabant Veteres.

XXXVIII. Nec plura Bellarminus habuit argumenta. Proprio deinde capite rationes septem enumerat instituta quadragesimæ. Prima, vt pro negligentijs totius anni, agatur communis & publica pœnitentia. Secunda, vt ad sacram communionem fiat præparatio. Tertiæ, ut impleretur illud Matth. 9. *Cum auferetur ab eis sponsus, tunc ieiunabunt in illis diebus.* Quartam, vt fit præparatio ad celebrationem passionis & resurrectionis Domini. Quintam, vt pro Catechumenis in Paschate regenerandis ieiunetur. Sextam, vt quasi decima consecrentur totius vita. Nam dierum totius anni decimam partem efficiunt dies trigesima sex Septimam, vt fit imitatio Christi: tum patientis eo ipso tempore, tum ieiunantis pro nobis.

XXXIX. Sed qd̄ hæc sit, nihil vñquam à quoquam institutum, cuius se instituendi rationem habere non putaret? Ne Montano quidem triplicis sua quadragesimæ nulla erat. Quid ergo? Admittenda ne sunt in Christianitatem, quæ cunq; ad quoquam instituta? Minimè vero. Paulus enim vetuit nos subiici elementis mundi, ad Coloss. 2. quæ tamen rationem habent sapientiæ in cultu voluntario, & humilitate, & quod non parcant corpori. Nempe igitur peccant Papistæ cum in alijs rebus alias, tum nunc in ista, quod solo rationis nomine contenti, nihil amplius satagunt. Atqui si verum, non omnia, quorum ratio quædam reddi potest, sunt admittenda, necesse est in ipsa ratione inquirere: & quidem dupliciter, tum virtutum sint ipsæ vera, quis enim n̄c̄it multa Sophistas solere pro veris supponere, quæ vñfalsa sunt, vel tantum verisimilia? tum autem, vñrum ab ijs rationibus consequentia sit legitima, & bene concludat quæstionem.

XL. Nos ergo inquiramus: non enim si superstitionis, si Papistæ noluerunt, ideo nos oportet esse in religionis negotio tam in vñ, vt susque deque habeamus omnia. Neque vero nobis nomina Bellarminus obiectat autorum Veterum, à quibus eas descripsit rationes. Nam aliud est ratione pugnare, aliud autoritate obruere: & nobis in promptu est illud Pauli, 1. ad Thessalo. 5. *Omnia explorare, quod bonum fuerit, retinere.*

XLI. Prima ratio, vt pro negligentijs totius anni agatur pœnitentia publica. Sed hanc oportet supponere, pro negligentijs totius anni agendum esse publicam pœnitentiam. Athoc axioma falso: neque enim aut ratio patitur, aut lege sanctum est, publicam pœnitentiam agi, nisi pro criminibus, ijsque publicis. Itaque, non pro negligentijs, quæ non sunt crimina: neque pro criminibus omnibus: quia omnia non sunt publica. Deinde supponendum, pro negligentijs totius anni purgandi, vnum aliquod esse certum tempus constituedum, quod non est necesse. Nam sic differetur pœnitentia, quæ tamen agnitus peccatum debet statim consequi: quomodo Niniuitæ, cum primum admoniri sunt à Iona, statim soleam ieiunio, restati luni animi sui dolorem. Sed & hypocritas facit hoc genus assignare pœnitentiæ, quia ex alieno, non proprio motu: deinde, quia reliquo tempore populus fit negligentior. Negligentior autem? Imo Papistæ insolentiores, qui, quia se hoc tempore damnatos vident ad pœnitentiam quasi ad remos, aut lapidicinas, & metallæ, reliquo anno indulgent suis concupiscentijs: imo tum maxime habens laxant, quum accedunt ad hoc pistrinum. Quis enim ignorat, quod apud eos sit genit vice inde à Nataliis ad initium Quadragesimæ? Præterea si ieiunia purgant negligentias præcedentes, cur non purgant sextæ feriæ, & Sabbathi ieiunia? Neque enim alia totius anni negligencia, quam singularum septimanarum. Quod si per singulas septimanas purgata, cur iterum purganda? Non enim eadem negligentiarum ratio & Sanctorum; quibus cum singulis sua festa sunt constituta, tum omnibus vnum, ne quis forre omisum se conqueratur: quomodo olim Discordia ægræ tulit non vocari in Deorum conuiuum. Aut si purgata semel iterum purgari debent, cur peccauit Montanus, qui ter purgauit, triplici quadragesimæ?

XLI. Secunda ratio ad communionem. Non absurdum forte, si ieiunium tantum concluderet. Quanquam neque ex Scriptura, neque ex Patribus probari potest, necessarium esse ieiunium ad hanc communionem. Sed absurdum profecto impositio, & publici ieiunij, & quadragesimæ. Quæ enim patitur ars, concludi, si ieiunandum sit ante communionem: ergo ieiunandum esse quadraginta dies, ergo ieiunandum publicè? Sed, inquit, nullus Christianorum hanc communionem debet omittere. Esto, inquam: quid tum? Inferri patiar. Ergo, debent omnes ieiunare: sed ieiunare publicè: ieiunare omnes quadraginta dies, quid cogit? Tum autem, quid siebat, cum omnes communicarent vel singulis Dominicis, vel saltem quater quotannis? An toties erat in vñ Quadragesima? Denique obiter moneo Bellarminum, vt se religiosum magis præstet in canticis autoribus. Non enim Hieronymus in Matthæ. 9. ieiunari dixit Quadragesimam, vt saginæ spirituali ieiunio corporis præparemur: sed in aliis longeque alium sensum, *Vt spirituali sagina, ieiunio corporis præparemur:* nimirum quia ieiunio corporis coniugebantur pietatis omne genus exercitia: & hanc pietatem ille appellat saginam spiritualem, quasi diceret, tum maximè saginari animam, cum maximè ieiunabat corpus: atq; adeo hæc sagina non exacta tandem quadraginta siebat, vt fit communio, sed per totam potius quadragesimam.

XLII. Tertia ratio, ab illo Christi dicto: *Cum auferetur ab eis sponsus tunc ieiunabunt in illis diebus.* Sed hac ratione, nulla potuit absurdior excogitari. Est tamen, inquit ille antiquissimorum Christianorum. Quo, inquit, argu-

argumento? Non enim sit verisimile, tam impotenter Veteres Christianos abusos esse Scriptura. Hic ille Tertullianum testem citat. Itane Tertullianum? Atqui huius ipse paulo ante fidem eleubat cap. 13. Non bona fide recitare doctrinam Catholicorum. Et huic fides erit recitanti argumenta Catholicorum? Sed hoc ipsum Iesuitica, id est, Punicia fide Bellarminus. Non enim Tertullianus hoc a Catholicis propositum dicit ad statu quadraginta ieiunia: sed contra potius, ad eam libertatem ieiuniorum, quam nos a tyrannide Papistica fatigimus vindicare. Certe, inquit, in Evangelio illos dies ieiunijs determinatos putant, in quibus ablatus est sponsus: & hos iam esse solos legitimos ieiuniorum Christianorum, abolitis legalibus & Propheticis vetustatis. Vbi volunt enim, agnoscunt quid sapiat. Lex & Propheta usq; ad Ioannem. Itaq; de cetero indifferenter ieiunandum ex arbitrio, non ex imperio nostra disciplina, pro temporibus & causis unitasciatis. Quis non cacos dixerit & Bellarminum, & Pamelium, qui his in verbis. Quadraginta sunt imaginari? Et non potius aduerterunt, ea designatos dies malos, quibus affligendi sunt causa tristes accident.

XLIV. Et vero designari quadraginta dies ante Pascha tam absurdum est, vt non videatur in mentem venire posse non emotam. Nam quomodo nisi per recurrentem solemnitatem? sicut die Dominico, & Paschatis, surrexisse dicimus Dominum: quia, vt inquit Augustinus epist. 23. i. b. dies secundum illorum, quibus hac gesta sunt, similitudinem nuncupamus, vt dicatur ipse dies, qui non est ipse, sed revolutione temporis similis eius. Qua ratione, quia Paschatis die assignata est resurrectio, feria sexta passio dicitur, quinta vero Cœna Domini. Atqui horum quadraginta dierum ante Pascha nulla eiusmodi similitudo est: non enim tum ablatus sponsus est. Et omnino si quæ mica fuisset sanitatis, debuisse: non hi dies quadraginta, si quadraginta esse debuerunt, incipere potius à feria sexta ante Pascha, quam in eam desinere: si propter erectum sponsum lugendum fuit.

XLV. Et vero Matthæus dixit: ελθοντες οὐαὶ τοῖς φροντιστούσιν, οὐαὶ τοῖς μηδὲν ποιέασιν, οὐαὶ τοῖς αἰλανθίζεσιν, οὐαὶ τοῖς λαθόδοροις. Tempus erit, cum post passionem meā, & ascensionem, ieiunabunt in fama & sui persequitionem passi. Ruperter, Planè ieiunabunt in illis proximè venturis diebus, cum ablatus fuerit ab eis sponsus, cum passus, mortuus, & sepultus resurrexerit, & in cœlum ascenderit, iam non ultra cum eis in mundo hoc corporaliter conuersatus.

XLVI. Deniq; non tantum Hieronymus in Matr. 9. testatur Montanistas post Pentecostem quadraginta celebrasse, huius loci occasione, sed etiam Isidor. lib. 1. de Officijs c. 37. de ieiunio Pentecostes. Hoc ieiunium inquit, a plerisq; ex autoritate Euangelij, post Domini ascensionem completetur, testimonium illud Dominicū historialiter accipientibus. Nunquid possint filii sponsi lugere, quandiu cum illis est sponsus? Veniet autem dies, cum auferetur ab illis sponsus, & tunc ieiunabunt. Dicunt enim post resurrectionē Domini quadraginta illis diebus, quibus cum discipulis postea legitur conuersatus, non oportere ieiunare, nec lugere, quia in letitia sumus. Post vero cum tempus illud expletur, quo Christus aduolans ad cœlos, presentia corporali recessit, tunc indicendum ieiunium est, ut per cordis humilitatem, & abstinentiam carnis, mereamur ē cœlis promissum Spiritum Sanctum accipere. Probabilius certè isti, quam Papistæ. Sed huiusmodi somniorum nullus finis.

XLVII. Quarta ratio fuit præparatio ad celebrationem passionis & resurrectionis Dominicæ. Ergo ne non celebranda hæc passio, & resurrectionis ieiunio quadraginta dierū? Quid ergo fiet singulis septimanis? Nam & dies dominicus dicatus resurrectioni celebranda, & sexta feria, passioni. Imo, quid fiet singulis diebus, si singulis diebus celebratur Eucharistia: quam certum est esse celebranda passioni? Tum autem, cur eadem ratio resurrectionis & passionis? Nam huic quidem aptum ieiunium forte fuerit propter luctum. Sed resurrectio certè tota debet esse in gaudio, cui oppositum est ieiunium.

XLVIII. Quarta ratio, à catechumenis in Paschate regenerandis. Atqui primum hæc ratio nulla erat Apostolorum tempore, neq; enim vnum assignarunt peculiarem diem baptismi: ipsi potius promiscue baptizarent singulis diebus. Rursus euanuit pridem huius rationis vis, cum desiderit esse Catechumenorum ordo. Tum deniq; Apostoli suo exemplo docuerunt non esse ieiunium necessarium ante baptismum: multo minus tam lögum. Et vero Durandus, Rationalis lib. 6. c. 82. solenne Baptisma celebrari notat, non tantum ad Pascha, sed etiam ad Pentecosten, & tamen Quadragesimam omnes, nefas habent ieiunare ante Pentecosten. Græcis etiam baptizare in Epiphania: cum tamen nulla est Quadraginta.

XLIX. Sexta ratio, à decimis totius vita. Magnum nugamentum, & ab ignobilibus autoribus Cassiano, Gregorio, Isidoro, Dorotheo: iam luxuriantibus Ecclesiæ seculis in nugas, quæ tandem veram Theologiam pessum dederunt. Sic lumen variè in numero, quasi ex Euclidis demonstrationib; perpenda ratio salutis esset. Paulo antiquis alia subtilitas erat. Autor sermonis 157. in Augustini de Tempore. Tota hæc agit Ecclesia, & illa unitas quæ dicit in Psalmo: A finibus terra ad te clamavi. dum anxiaretur cor meum. Vnde iam nobis eluet, cur Quadraginta instituta sit huius humilationis solemnitas. Qui enim à finibus terra clamat, cum anxiaretur cor eius, à quatuor orbis terra partibus clamat, quas frequenter etiam Scriptura commemorat, Oriente, & Occiduo, Aquilonem, & Meridie. Vnde quater multiplicatis in decem, videmus quadraginta complevi. Bonus ille Greg. hom. 16. in Evangelia, Cur in abstinentia Quadragesimam numerus custoditur, nisi quia virius Decalogi per liberos quatuor sancti Euangelij impletur? Denarius etenim quater ductus in quadragesimam surgit: quia tunc Decalogi mandata perficimus, cum profecto quatuor libros sancti Euangelij custodimus. Egregia subtilitas. Sed non sola. Alteram audi, In hoc mortali corpore ex quatuor elementis subsistimus, & per voluntates eiusdem corporis, præceptis Dominicis contra imus. Præcepta a. Dominicæ per Decalogum sunt accepta: Quia ergo per carnis desideria, Decalogi mandata

contempsumus, dignum est ut eandem carnem quaterdecies affligamus. Amalarius de Officijs lib. 1. c. 4. Quia & tempora annorum quadripartitis vicib; currunt, & mundus iste quatuor partibus terminatur: quadraginta autem, quater habent decem. Porro ipsa decem ab uno usq; ad quatuor progrediente numero consummatur. Iuo Carnotensis sermone de Quadragesima, Quaternarium namque quasi per denarium multiplicamus, dum fragilitatem nostram ex quatuor elementorum connexione, vel ex quatuor temporum varietate contrahum ad laboriosum Decalogi discipline violenter infestimus.

L. Sed quadragesimam numerus Decimationi non conueniebat. Anteiores erant dies triginta sex. His Gregorius vñus: sed παραπλεόν: sive Geometria haud admodum peritus, sive quod, vt prætor, sic Ecclesia minima non curat, vnde Durandus notat quadragesimam nominatam neglectis duobus excurrentibus, Ecclesia non curavit de duobus, inquit, c. 32 lib. 6. quia minutias non attendit, sed sumptam numeri ponit, quamvis sit parvum plus vel minus. Illiberaliter & maligne, nummulariorum more, qui rotundandi numeri prætextu, suo sibi commido minutias decidunt: non Arithmeticorum, qui assignandis non quadratorum numerorum lateribus malunt excessu peccare.

L I. Verum, vt noris magno Dei bono natos monachos, in eo totos, vt exacta cura quicquid est Deo iuri & seruent, & restuant: Cassianus, & Dorotheus, dies triginta sex semis numerant, vt decimatio si perfecta, Omnia, (inquit Cassianus c. 25. Collationis 21.) dierum numerus, quibus reuolutus in orbem annis includitur, triginta sex semis dierum numero decimatur. In septem vero hebdomadibus, si dies dominici sabbata subtrahantur quinq; & triginta superi sunt dies ieiunijs deputati: sed adiecta illa vigiliarum die, quia usq; in gallorum cantu illuciente dominica ieiunium sabbati prosecutav, non solum sex & triginta dierum numerus adimpletur, verum etiam pro decimis quinq; dierū, qui residui videbantur, si illud quod superest, adiectum noctis spatium computetur, plenitudini totius summa omnino non deerit. Eadem Dorotheo ratio, nisi noctem non integrum, sed dimidiatum computaret, Septem hebdomadæ ab q; sabbatis & dominicis triginta dies complent, quibus adiecto sabbato sancto, & media parte noctis dominica, splendide crescit numerus dierum, & triginta sex cu dimidio computantur, que decima pars est, si recte numeres, trecentorum sexaginta quinq; dierum anni: trecentorum enim dierum decima pars est triginta: sexagenary vero numeri, sex: quinquenary autem, dimidiis dies. In nunc, & negato abaci monastici vñum vñum esse in Ecclesia.

L II. Sed enim, vnde confititur? qua autoritate constat, Deo consecrādam esse totius vitæ decimam partem? Quanquam, si hoc ponatur, mirus inde scrupulus est, quare subtrahantur sabbata, & Dominicæ. An quia hæ dies non sint Deo consecrati? ne consecrandi quidem? Nam si sunt, perit & λογισμος τοις αξεστοις: nec erit decimatio, bona Quadragesimæ instituenda ratio: non enim trecentū sexaginta quinq; dierum, sed quingentorum decimatio erit. Nam in septem hebdomadis, septem sunt iei dies. Itaq; omnes quatuordecim: quibus si addas dies triginta sex iam confessos, fient omnes quinquaginta.

L III. Sed hoc omisso, vnde, inquam, constat decimam tantum vitæ partem Deo consecrandam? Non enim autoritate Scriptura, sive Veteris Testamenti, sive Noui. Hæc enim nos potius docet, totam vitam Deo deberi insolidum. Nyctenus dimidium deberi dicebat anima, In principium ieiunij, ut exstet mihi, inquit anima, & cito nō τὸ χρόνον δός τούς δὲ μέλα τὸ κυριερῷ, & τὸς λοιπὸν τὸ κυρεῖται. Partire mihi anni tempus: Da sex mensis ei, quod gubernatur, & reliquos gubernanti. Decedēdo tamen de hoc iure propter infirmitatem corporis: Αφίεται τὸ δέκα μέλα τὸ στραγγεῖον, τὸ μεγάλη τεχνοῦντα τεσαρεγγελίων αὐτούς. Permitto decem corpori: exiguae quid mihi gratificetur, nempe Quadragesimam solidam. Verum, qua ratio patitur, ei cui totum debebas, partem duntaxat reddere, & quidem sive quintam, sive liberalius decimam? Poruitis cui debetur debitum relaxare, vt factum in sabbato: sed debitoris quis permisit? Cassianus c. 29. scribit hunc canonem, Profecto illis, qui per totum anni spatium delicijs, vel negotijs secularib; implicantur, Ecclesiarum principes statuunt, ut vel hac legali quodammodo necessitate constricti, his saltē diebus vacare domino cogentur, ac dierum vita sua, quos totos, quasi fructus quosdam fuerant voratur, vel decimas Domino donarent. Quo nihil potuit esse magis alienum à pietate Christiana. Primum non coactum, non a voluntarium esse sequitur hoc, quicquid est decimarum. Atqui nihil coactum Deo consecratum dici potest: hilarem enim datorem diligit Deus. Mera igitur hypocrisis, non vña religio. Deinde plena, vt prius, iniuria, neq; enim ius fasq; est cui totum debebas, cundem iubere contum est vna duntaxat particula. Atq; adeo inter homines, vñt, quæ vt plurimum decimam erat, extra formam sunt: at hæ ex ipsa forte, quod absurdum. Deniq; manifesta socratio hinc origo. Nam qui pro tota vita, audiunt a se tantum exigi decimam, quid nisi reliquum quicquid est delicijs & negotijs secularibus securi indulgeant?

L IV. Sed, inquit, lege Mosaica, univerali populo generalis est promulgata præceptio, Decimas tuas & primicias offeres Domino Deo tuo. Itaq; qui substantiarum, omniumq; fructuum decimas offerre precipit, multo magis necesse est, vt ipsius quoq; conuersationis nostræ & humani vñs, operumq; nostrorum decimas offeramus: qua profecto in suppeditatione quadragesima evidenter implentur. Verba sunt Cassiani: ratio etiam puto omnium, et si non ita exprefserint omnes. At sumit falsum, iuberis nos decimas offerre substantiarum, omniumq; fructuum. Primo enim id mandatum peculiare fuit Iudeis, non commune Christianis. Neq; ipsis Iudeis imperata omnium substantiarum: sed tantum omnium fructuum. Deinde vnde consequentia? debentur Dœ decimæ omnium fructuum, ergo omnium actuum? Quasi eadem horum & illorum ratio esset? Atqui ne apud Iudeos quidem ita fuit: in unquam enim dictum, exactam ab ijs fuisse decimam actuum, aut decimam dierum.

L V. Superest ratio septima, ab imitatione Christi: quia is nimur ieiunare, ut quadraginta dies, sed & passus est: vñrumq; autem nos imitamus, eo modo quo possumus. Ego vero hanc rationem scio apud Patres etiam veritatis cibis crebro occurtere, & esse plausibilem: Sed primum respondeo, hæc olim, & apud Patres non inutilem, apud Papistas locum habere nullum. Neque enim hi Christum imitantur, ne quidem eo modo quo possunt. Ratio manifesta, quia prorsus non ieiunant: nam neque abstinent ab omnibus cibis, sed tantum à quibusdam: & non tantum cœnare quotidie, sed

*sed etiam prandent : adeo ut, exceptis solis hominibus ; Quadragesima
atq; ieiunij nihil retinuerint, ut ostendimus cap. 1.*

LVI. Secundo, cum verum sit totum Christum nobis proponi tanquam abolutissimum exemplar: tamen certum etiam, quid & quomodo imitemur, accuratè esse distingendum. Non enim quæcunq; Christus fecit, nobis imitanda. Sunt ab eo gesta ex peculiari, quam sustinebat, persona Mediatoris: quædam ex communi hominis. Hæc nos securi possumus imitanda proponere. Quo ista pertinent. Ad Philip. 2. *Is affectus sit in vobis, qui fuit & in Christo Iesu.* Ad Ephes. 5. *Estone imitatores Dei, ut filij dilecti: & versamini cum charitate, sicut & Christus dilexit nos.* Prima Petri 1. *Sicut is, qui vos vocavit sanctus est: ipsi quoque sancti in omni conuersatione reddamini:* Propterea scriptum est, *sancti estote, nam ego sanctus sum.* Ioan. 13. *Exemplum præbui vobis, ut prout ego feci vobis, ita & vos faciatis.* Et multa similia.

LVII. Sed, quæ peculiaria, & ex ratione officij, eorum non itidem affectanda initatio, & in ijs hoc esse ieiunium, quemadmodum olim Mosis, post Eliæ, vel solum rei miraculum est argumentum: adeo ut quemadmodum membrorum restitutiones, & grorū curationes, mortuorum suscitations: sic ne quadragenarium quidem ieiunium debuerit in exemplum assumi. Tum autem celebratum statim redeunt à baptismo, atq; initio fungendæ vocationis, satis constat fuisse peculiare.

LVIII. Præterea, cum imitandus proponitur Christus, tum distingueda ratio est exempli, ab individuo actu, & illa semper imitanda, hoc non item: Exempli gratia, lauit pedes suis discipulis, magnum nobis imitationis documentum: at non, ut lex fiat de lauandis pedibus, quam ne ipsis quidem superstitionissimi Papistæ habent: quanquam ludicum quotannis spectaculum inde præbendi occasionem sumperit Vaticanus Iupiter, sed de humilitate, à qua is actus fuit.

LIX. Deniq; imitationis huius, nulla pars est temporis circumstantia-
sive, vt annis vertentibus, sive vt semel, bisue: sed vt sepius, & quotiescumque nos res ipsa poposcerit. Sic, etsi semel pedes lauerit, tamen id, quod in eo actu obligat ad imitandum, non semel quotannis praestandum, sed tota vita exprimendum: & quidem, non tam actu externo, quam interno habitu: vnde Paulus dixit, *Is affectus sit in vobis, tibi peregrinus in spiritu, sicut et in Christo Iesu.*

LX. Quibus nos cautelis adhibitis, non iniuti concesserimus esse nobis etiam in hoc quadrageſimali Christi ieiunio imitandum, non ipsum tamen quadraginta dierum numerum: non abstinentiam ab omni proſus cibo: quæ ne ipſi quidem Papistæ negant miraculū fuſſe: sed quæ cunque mortalia ſunt. Vnde à Chryſtoſomo libenter audimus homiſ. 13. in Marthæum: Quia omnia ad nos erudiendoſ, & faciendo ſibi, & patienda ſuſcepereſ, in eremum quoq; ſe patitur abduci, & cum Diabolo in re certamen: ut vnuquisq; cum fuerit baptizatus, ſi poſt baptismum maioribus tentationibus vergeatur, non utiq; turbetur, quaſi inſperatum ſibi aliquid obviauerit: ſed permanent cuncta viriliter ſuſtinentendo, ut ex auctoritate ouſcavroꝝ, ut pote quæ ſibi conſequenter contigerint. Iccirco enim acceſpiſ arma, non ut oteriſ, ſed pugneſ. Ne Bellarminoſ quidem auerſabimur docenteſ, exemplum nobis prabitum, ut ad reſiſtendum tentationibus per ieiunium armemur.

LXI. Hæc vera, hæc sola ratio est legitimæ imitationis, hæc falutaris. Baptizatus est Christus: conclude te ipsum etiam baptizandum. Confutauit Satanam Scripturis, & tu Scripturas habeto in numerato, quoties tentabit te Satanæ, siue per se, siue per emissarios. Sed, vt nolis baptizari, nisi in Iordanie: vt nolis aut resistere Satanæ, aut Scripturis pugnare, nisi in deserto, nisi in pinnaculo templi positus: quis furor est? Similiter: ieiunauit Christus dicti tibi etiam ieiunandum: sed, vt ne te credas ieiunando Christum imitari, nisi obseruato dierum numero, & certo anni tempore, & clemente, id ἀναγλύπεις plus habet, quam legitimæ imitationis.

LXII. Præterea, negamus Papistas merito imitari hoc ipsum quadragesimale Christi ieiumum: quod tamen proficitur. Est enim geminum discriimen. Prius, quod Christus semel tantum tota vita id ieiumum ieunauit: at Papistæ quotannis. Alterum, quod ita ieunauit, ut totis quadraginta diebus, ijsque naturalibus, constantibus horis viginti quatuor, nullum profus cibum sumpserit. At Papistæ, primo instar eius Sophistæ, qui cum inducias pepigisset in quadraginta dies, noctu populabatur agros, professi ieiumum quadraginta dierum, noctu tamen epulantur: deinde ne diebus quidem seruant fidem, quia non tantum sub vesperam, aut nonnam conant; sed etiam sexta prandent. Itaque intolerabilem dicimus Papistarum hypocrisim, ut & Clericorum, qui cœlibatum professi, Venere non abstinent, sed saltem coniugio. Omnino similis ratio Quadragesimætorum, & cœlibatariorum.

LXXXI. Respondet Bessarminus, ita se velle Christum imitari, ut non simul eum nolint admirari (ille tamen imprudens contra dixit, ut non simul eum admirari velimus, sed correxit breuiator) imitari, ut discipulos magistrum, seruos dominum, homines Deum, non perfecte, sed pro modulo.

LXIV. Et optime, inquam: si tamen facta verbis respondeant. Sed hoc est ipsum, quod ijs obijcimus, non modo non perfecte Christum imitari; sed ne quidem pro modulo. Neque enim is pro modulo aliud dicitur imitari, qui ne inchoat quidem opus, aut inchoat alterius generis. At utroque Papistæ peccant: neque enim inchoant ieunium quadraginta dictum, qui non modo totidem dies non abstinent à cibo: sed ne quotidie quidem: imo ne dimidio quidem die: sed, ut reliquo anni tempore his comedunt, id est, & cœnant, quod olim permisum, & prandent, quod olim damnatum. Inde secundum peccatum, quod ne ieunent quidem, sed tantum abstineant à carnibus: Quæ si imitatio est, tum profecto Ichthyophagi Christum imitantur, qui toto anno ieunent. Nam, et si tempus sit longe dispar, tamen tam credo illis licere quadraginta dies multiplicare quam Panis: &c. &c. &c.

am Papistis minuere, ad horas pauculas. Et si hilauandi qui pro-
te, decimis iubent Deum esse contentum, certè illi magis, qui de
sorte nihil deminuunt. Quare apud Papistasi-
mitatio Christiani ieu-
niū Christiani.

C A P. VIII.

De ieiunio feriae quartæ, sextæ & Sabbati

I. **F**teriarum ieiunia trium celebrantur apud Veteres, Quattuor, sexta, & sabbati, quorum cum ne vestigia quidem illa apparent in factis literis, tum in usu Ecclesiae confuetudo variauit: constantior illa quidem in sexta feria, sed in reliquis alia atque alia.

II. In antiquissimis autoribus, non videtur sabbato ieiunatum, sed duntraxat quarta, sexta, feria. Ignatius, epist. 5. qua ad Philippenses: *παρεγένετο ἡμέρα τοῦ Δεκαποντοῦ μεσοῖς: ieiunare quartis & sextis foris ne negligatis.* Clemens Stromat. 7. oīdei ai τοῖς καὶ τῆς φύσεις ταῦτα μητέ πολὺ μερικά μετατρέψαι, της τετραδεκής ηγέτης Δημόσιον λέγω. εἰπφαίτο γένος δὲ τὸ διεργαστόν ἐστιν, Νομίστι αὐτόν, οὐ γάρ τοι ἀνιγματα ieiunij harum feriarum, quarta, inquam, & sexta, qua dicuntur illa Mercurij, huc Veneris. Epiphanius in Compendiariorum doctrina, τοῦ δὲ τοῦ τοποθεστῶν, τοῦ νησεῶν ὃς εἰπειν: *Quarta & profubatio ieiunium statutum est, τις γένεται ad horam nonam.* Multisunt similes loci: disertissimus autem Canon Apostolicus 68. εἰ τις ὁκοπεῖ, ἢ περιβάτει, ἢ Διάκονος, ἢ ιεροδιάκονος, ἢ μαρτυρεῖς, ἢ Φάλαντις τῷ ἀγάπηνον συγχειτεῖ ἢ τιμωρεῖ, ἢ ποιεῖ, ἢ ψάλτην, καθαρισμὸν εἰπειν εἰ μὲ δὲ στοιχειαν συγχειτεῖ, περιδέξει, ταῦτα λατεῖς, αφοργεῖς. Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut hypodiaconus, aut lector aut cantor sanctam quadragesimam non ieiunariet, vel quariam, vel parastacem, deponitor, praterquam si corporis debilitate impeditur: si fuerit laicus, segregetur.

III. At de Sabbato contra seuere prohibitum ieunium. Ignatius eadem ad Philippenses: εἰ τι κυρακίου ἡ σαββατοῦ ἱερός τοῖς βασιλεῦσιν, εἴ τοι γέγονε τοῦ Ιησοῦ. Si quis Dominicam diem aut Sabbathum, uno excepto ieunariet, hic Christi interfector est. Canon Apostolicus 66. si τις κληπτὸς δύσηδη τῷ κυρακίῳ μέτεστηνται, οὐ τοις βασιλεῦσιν, τοῖς δὲ Θεοῖς μάρτυρν καθαιρεῖσθαι. εἰ τοις λαϊκοῖς αὐτοὶ θέω: Si quis clericus inueniatur die dominico ieunans, aut sabbato prater unum solum, deponatur: si vero laicus, segregetur. Nam & Clemens ille quisquis est, Constitutionum 7. cap. 22. sabbatum vult esse festum, propter memoriam creationis, τὸ σαββατοῦ μέρος καὶ τῷ κυρακίῳ οὐτε πεντηκοστῇ μέρος διατίθεται; γιατὶ εἰ τὸν αὐτούς καὶ τὸν αὐτούς εἰς δεκατούριον στήθη τοῦ Κυρίου τοῦ Φίλιου οὐτε τοῦ αὐτούς εἰς τοῦ Ιησοῦ Χριστοῦ? Sabbathum tamen & Dominicum festos dies agitate, quod ille quidem dies recordatio sit fabricationis mundi, hic vero resurrectio- nis. Unum vero tantummodo sabbatum nobis totō anno obseruandum est, sab- batum scilicet sepulturæ Christi, quo quidem ieunare debeat, non autem celebra- refestum. Quinetiam præcedenti capite vidimus ad perficiendum censum dierum, quibus ieunandum sit, ut soluantur Deo decima totius anni, etiā Latinos, Cassianum, Gregorium, Isidorum, Dorotheū, segregare de Qua- dragesima tum Dominicum, tum sabbatum.

IV. Sed Romæ tamen is Orientis mos non placuit: constat enim ex Augustini epistola ad Casulanum, fuisse sabbato ieiunatum. Et ex epistola primæ Innocentij primi cap. 4. Sabbato, inquit, ieiunandum esseret evidenter. Idem constat ex ss. Canoue Trulli-nsi, eam ob rem cōditio, ut cogerentur Romani concordare reliquis. Quoniam intelleximus, Cœs in tñ pœniten^{ia} nō pœs, eos qui Romæ sunt in sanctis quadraginta diebus & ieiuniis, in eius sabbatis ieiunare, dixit illo tempore circa annos 270-280 ad diaconos, præter Ecclesiæ traictam confuetudinem sanctæ Synodo visione est, ut in Romanorum Ecclesiæ Canon in concusse obtineat: nimis Apóstolicus, quem paulo antè descripsimus.

V. Mediolanensis Ecclesia non consentiebat Romanæ. Et turbabat
insinuos huiusmodi diversitas: adeo ut Vrbicus quidam non nomine pro-
prio, vt videatur existimasse Bellarminus, sed appellatio, significante eum,
qui ex urbe Roma, ac Romanis, proinde ritibus, esset addictus. Nam no-
men hominis proprium ip' e proficitur Augustinus sibi à Casulano non in-
dicatum, cuius, inquit, me nomen ignorare voluisti. Sed ille Vrbicus quidam
vehementer disputauit non licere non ieiunare, & aduersariam sententiam
ijs omnibus argumentis impugnauit, quæ ab intemperantia, & gulofitatis
probossumi solent, ab ijs qui, quid inter extrema medium sit, præiudicio
cæci videtur nequeunt. Sed Augustinus longè prudentior, & pietate præ-
stantior, atq[ue] charitate, impudentiam hominis retudit epifola ad Caſulanum,
qua 86. numeratur: Posuit primo, In his rebus, de quibus nihil certi sta-
tuit Scriptura diuina, mos populi Dei, vel instituta maiorum pro lege tenenda, sunt
de quibus si disputare voluerimus, Ex aliorum consuetudine alios improbare
orientur interminata luctatio, quæ labore sermocinationis, cum certa documenta
nulla veritatis insinuet, utiq[ue] cauendū est, ne tempestate contentione seruitatis
charitatis obnubiletur. Post concludēs, Sed quoniam non inuenimus, ut iam supra
commemorauit in Euangelicis & Apostolicis literis, qua ad Noui Testamenti re-
uelationem proprie pertinent, certis diebus aliquibus evidenter præceptum obser-
uanda esse ieiunia, & ideo res quoq[ue] ista, sicut alia plurime, quas enumerare dif-
ficile est, inuenit in ueste illius filii regis, id est Ecclesia, veritatis omnino legen-
dum varietatis locum, indicabo tibi, quid mihi de hoc requirenti responderit
venerandus Ambrosius, à quo baptizatus sum, Mediolanensis Episcopus. Nam
cum in eadem ciuitate mater mea mecum esset, & nobis adhuc catechumenis pa-
rum ista curansibus, illa sollicitudinem gereret, utrum secundum morem nostræ
ciuitatis sibi esset sabbato ieiunandum, an Ecclesia Mediolanensis more prandendu-
m, ut hac eam cunctatione liberarem, interrogavi hoc supradictum hominem
Dei. At ille, Quid possum, inquit, hinc docere amplius, quam quod ipse facio?
Vbi ergo putaueram nihil eum ista responsione præcepisse, nisi, ut sabbato pran-
deremus: hoc quippe ipsum facere sciebam: sed ille sequutus adiecit, Quando hic
sum, non ieiuno sabbato, quando Roma sum, ieiuno sabbato, & ad quamcumq[ue]
Ecclesiam veneritis, inquit, eius morem seruate, si pati scandalum non vultis,
aut facere. Haecenus Augustinus: admodum manifestè definiens id ipsum
quod nos contendimus, non ex ullius legis necessitate, sed ex varietate

VI. Et tamen notandum, eam consuetudinem ieiunandi sabbato, solius fuisse Romanæ Ecclesiæ, ac paucarum præterea : sed oppositam longè lateque diffusam. *Eum sermonem, inquit, cuiusdam, ut scribis, Vrbici paulo*

DE IEIVNIIS.

diligentius ipse considera; & videbis enim penè universam Ecclesiam Christi, ab ortu Solis, usq; ad occasum scilicet, verbis iniuriosissimis nequaquam lacerare, timuisti. Post, Quod utinam sic quereret, aut sic affirmaret, ut toto terrarum orbe diffusam, exceptis Romanis, & adhuc paucis Occidentalibus; apertissime non blasphemares Ecclesiam. Nunc vero, quis ferat per omnes Orientales, & multo etiam Occidentales populos Christianos de tot tantisq; famulis, famulusq; Christi sabbato sobrie modeste prandentibus, ab isto dici, quod in carne sine Deo placere non possint. Iterum, Cum ergo his opprobriis atq; maledictis infestatur Ecclesiam per totum mundum fructificantem atq; crescentem, & die sabbati pene ubiq; prandentem, admoneo quisquis est, ut seco cibibeat. Rursus, Non tibi persuadeat urbem Christianam sic laudare sabbato ieiunantem, ut cogaris orbem Christianum damnare prandentem. Item. Nunquid cateri Apostoli prandere Christianos contra Petrum docuerunt in universo orbem terrarum? Sicut itaq; inter se vixerunt concorditer Petrus & condiscipuli, sic inter se concorditer vivant sabbato ieiunantes, quod plantauit Petrus, & sabbato prandentes, quos plantauerunt condiscipuli eius. Denique, De die quidem sabbati facilior causa est, quia & Romana ieiunat Ecclesia, & alia nonnulla, etiam si pauca, siue illi proxima, siue longinqua, Hieronymus epist. 28. quæ ad Lucinium, hunc morem ieiunandi sabbato obseruat fuisse docet Romæ & in Hispania: deq; eo haud aliter iudicat, quam Augustinus.

VII. Secundo notandum, eti nusquam ex professo suam sententiam profiteatur, tamen ita disputare contra Vrbicum illum, ut satis appareat, magis inclinasse ad eos qui sabbato pranderent, quod & Bellarminus agnouit, Sanctus Ambrosius, inquit, & S. Augustinus congruentius esse putabant, ut non ieiunaretur sabbato.

VIII. Bellarminus egregie fallitur, qui, ut ne solitarium suum Innocentium nominet, Epiphanius dicat: & Hieronymum videri sensisse convenientissime ieiunari sabbatho. Epiphanius, inquit, solum excipit Dominicos dies à ieiunio Quadragesima. Hieronymus, cum seruandam respondit propriæ Ecclesiæ consuetudinem, addidit Epistola ad Lucinium, Vtinam per totum annum ieiunare possemus. Enimvero, ut de Hieronymo priore dicam, quis stupor ille est concludentis, de Sabbatho potius quam defecunda, aut tercia, aut quinta feria? Nam hæc continentur in anno æquè ac Sabbathū. Quid ergo? placet ne Bellarmino, fuisse Hieronymo persuasum convenientius ieiunari, quam pranderi ijs etiam ferijs?

IX. Epiphanius solam dominicam excipere à ieiunio Quadragesima falsum. Verba audi ex compendiaria doctrina, nisi juxta eis videlicet, oī mō wī rī vī pītū uīgūtū. Diebus dominicis, nullo modo, ieiunatur, ne in ipsa quidem Quadragesima. Sensus est, solam esse diem Dominicam, quæ excipiatur à ieiunio: id est, per totum annum: nimur, quia reliquæ dies admittunt ieiunia: atque adeo ipsum sabbatum semel in anno, nempe id quod proximum Paschæ: sic enim mos erat. At hoc quid pertinet ad ieiunia feriarum, id est, certorum dierum per singulas hebdomadas? Non lequitur: si Dominico, ne in Quadragesima quidem, non prandebatur: ergo prandium non esse sabbato.

X. Atque hactenus de consuetudine prisca. Sed querit Bellarminus de ieiunio quartæ & sextæ feriæ, sit-ne lege fancitum, an potius in arbitrio fidelium positum. Responderet, ex legis precepto ieiunatum fuisse, quoad abstinentiam à carnibus: verum abstinentiam à prandio minimè: sed passiuè cœcurisse, teste Tertulliano.

XI. Sed nos censemus legem nullam esse debuisse: fuisse autem non legem absolutè, sed quomodo Augustinus dixit pro lege consuetudinem: hoc est, non eiusmodi legem, quæ Ecclesiam obligaret universam, vel etiam sacrosancta esset: verum niteretur vnu, qui orsus ab humana institutione, pro varijs locis, variè obtineret. Sed evenisse ex pertinaci quodam affectu, ut alij alios suis ritibus conati sint subiecere: inde Trullenses Romanam Ecclesiam coercere esse conatos: sed ipsam potius totum occidentem transtulisse ad se, vtrunq; impudentius, quam pro charitate Christiana.

XII. Veruntamen distinctionem prandij & carnium Bellarminus commentus est, ex sibi nimium familiariter impostura. Enimvero ieiunium cum prandio, olim Chimera fuit aut tragelaphus: merum prodigium. Et Augustinus manifestè ostendit disserimen fuisse, quod Romani non pranderent: cæteri omnes paucis exceptis, pranderent. Et Vrbicum illum declamasse, non aduersus promiscuum vsum carnium, sed aduersus prandentes. Nec vero Tertullianus prandia dixit passiuè cœcurisse, sed stationes, Sic Apostolos obseruasse, nullum aliud imponentes iugum certorum & in commune omnibus obvniatorum ieiuniorum: proinde nec stationum, qua & ipsos suos quidem dies habeant, quartæ feriæ, & sextæ, & passiuè tamen currant, neq; sub legi precepti, neq; ultra supremum diei.

XIII. Scio Bellarminum pro eodem sumere stationem & ieiunium: sed hoc si esset, cur Tertullianus distinguere? Distinguere enim quis non vides nullum iugum imponentes ieiuniorum, proinde nec stationum! Itan' quoq; loquatur quisquam, qui stationem credit esse ieiunium? Rursus, Argunt nos, inquit, quod ieiunia propria custodiamus, quod stationes plerung; in vesperam producamus. Duo vides capita disparata: & quidem de priore, disputandi initium à capite 2. Nam quod ad ieiunia pertineat: de altero aetate decimo, Acque stationes nostras, ut indignas. Atqui si idem vtrunque, cur etiam hæc illius species, illo absoluto, quid erat opus de hac separatim dicere? Ego sic censeo, stationes ita differre a ieiunis, vel hæc ad cibos referantur, illæ ad catus publicos conuentusque populi in Ecclesiam ad preces. Iuuat Epiphanius in compendiaria doctrina: vbi cum dixisset in quinquaginta diebus Pente. ostes, vñ p̄vñl̄t̄s p̄vñd̄, vñ p̄vñl̄t̄s vñ p̄vñl̄t̄s, nçq; geniculationes fieri neq; ieiunia instituta: addit ari iñ r̄l̄t̄s r̄l̄t̄s c̄r̄t̄l̄s oñw̄l̄t̄s nñp̄l̄t̄s vñp̄l̄t̄s. oñc̄l̄t̄s vñp̄l̄t̄s, xñm̄l̄t̄s vñp̄l̄t̄s aí oñw̄l̄t̄s iñp̄l̄t̄s. At pro catus quartæ & sextæ, qui ad nonam vñl̄t̄, sicut de Dominicis, matutinis horis catus sunt. Quæ verba significant fieri solitos catus, siue congregations totius Ecclesiæ, diebus illis quinquaginta continuis, quibus nullum erat ieiunium: sed fieri, non quomodo feria quarta & sexta cum ieiunabatur: tum enim catus ij producebantur ad nonam: sed quomodo die dominica, cum fiebant mane, & ad vespere. Itaque crediderim tota quidem die ieiunatum, vñque ad nonam, vel vespere: at non tota die stationem habitam, sed tantum sub finem ieiunij: reliquum autem temporis quemque domi se continuit

se, & vacasse pietatis exercitijs priuatis: eq; Montanistas discretos à Catholicis, quod etiam stationes ad extremum dicit proferant, quas Catholici maturius soluerent.

XIV. Neque vero coniunctam semper fuisse stationem ieiunio, quod Bellarminus putavit: tum illud argumentum est, quod ipse dicat Tertullianus, in de ieiunijs, Stationes plerung; in vesperam producamus. Et post cap. 4. Acque stationes nostras, ut indignas, quasidam vero, & in serum constitutas, nouitatis nomine intusant. Tum vero multo magis libro de Oratione die Pascha: & hic diem Patchæ Pamelius intelligit diem passionis, vñr quidem sed non vñre Pascha pro passione: præstat longe pro ipso solenni festo Pascha, ut significetur, non quæcunq; feria sexta, sed illa solennis, quæ proxima ei festo. Sed ad rem. Die Pascha (inquit Tertullianus) quo communis & quasi publica ieiunij religio est merito deponimus osculum, nihil curantes de osculo, quod cum omnibus faciamus. Similiter de stationum diebus, non putant pleriq; sacrificiorum orationibus interuenientium, quod statio soluenda sit accepto corpore Domini. Hic certè habes distinctos stationum dies à ieiunio. Quin statim, cum latitiae, tum tristitia stationes adscribit. Si statio de missari exemplo nomen accepit (nam & militia Dei sumus) utiq; nulla latititia, siue tristitia obueniens castris stationes militum rescindit, nam latitia libertus, tristitia sollicitus administrabit disciplinam. At certè latitiae cum ieiunio non bene conuenit.

XV. Ergo non est idem statio & ieiunium, quicquid senserit Bellarminus & Pamelius. Sed, ut eo redeam vnde sum digressus: demus Bellarmino, idem esse, ergo passiuæ statio, passiuæ erit ieiunium: & si ieiunium est abstinentia à carnibus: tum Tertullianum illud passiuæ currere stationem, significabit, pro arbitrio quenque abstinere carnibus, ijs ferijs, contra quā Bellarminus censebat.

XVI. Porro institutorum horum ieiuniorum ratio nulla redditur necessaria. Epiphanius locum illum protulit ex Matth. 9. Cum ablatus fuerit sponsus, tunc ieiunabunt illis diebus: non minus inepte quam cum aptabatur Quadragesima: non enim magis denotantur sexta feria aut Sabbathum, quam secunda aut tercia, aut quinta: immo, quam ipsa Dominica, & omnino quotcunq; dies fluxere inde ab eius ascensione, ut capite præcedenti. Itaq; Isidorus de officijs lib. 1. c. 37 ab hoc eodem loco arcessit ieiunium Pentecostes. Cur non etiam Montanista, suam alteram, & tertiam quadragesimam.

XVII. Bellarminus, veram causam quartæ & sextæ feriæ asserit esse Dominicam passionem, quum quarta proditus sit ac venditus Christus, sexta crucifixus: & hanc reddere Clementem Constitutionum 5. c. 16. & Augustinum Epistola 8. 6.

XVIII. Sed primum testis Clemens perperam laudatur: si enim de ieiunio feriarum non loquitur, sed de diebus Pascha & proximis cū nūs p̄vñl̄t̄s. T̄ m̄l̄t̄s vñl̄t̄s, aīp̄l̄t̄s d̄r̄t̄s m̄l̄t̄s, aīp̄l̄t̄s vñl̄t̄s, aīp̄l̄t̄s. Ieiunare diebus Pascha, incipientes à secunda feria vñl̄t̄s ad sextam & sabbatum, sex diebus. Deinde Augustinus non dixit quarta feria proditum fuisse ac venditum Christum, sed iudicat inisse confilium ad occidendum Dominum.

XIX. Veruntamen concedo, commemorationem mortis Domini causam fuisse, cur his diebus institutum fuerit ieiunium: neq; id nos mouet. Hoc potius querimus, vtrum legitima sit consequentia, Christus ijs diebus traditus est, & passus: ergo ijs diebus omnes Christiani semper ieiunare debent: nec videmus quicquam certi. Oportet enim fundamentum sub sterni, ijs diebus ieiunandum esse, quibus passus est Christus, quod axioma vnde sit, aut quo iure nitatur, nemo hactenus explicauit: Nos potius, cum audimus Christum, ut loquitur Augustinus eadem Epistola, gaudium manducantibus, lucenti ieiunantibus deputasse, credimus proprias cœurrentes latitiae dolorisque causas designatas, pro quibus vel ieiunet vel prandear. At profecto ipsa Christi passio, nobis nulla est peculiaris tristitia causa, ideo neq; ieiunij latitiae potius, propter perfectionem redemptoris nostræ.

XX. Curs Sabbatho sit ieiunandum, ratio Innocentij solidissima est, inquit Bellarminus. Nam quemadmodum Græci cum Latinis ieiunant Sabbatho maioriis hebdomadæ, propter Christi sepulturam, & Apostolorum mœorem: sic etiam par eset, vt ieiunarent omnibus Sabbathis per totum annum, alioqui non deberent ieiunare feria sexta propter Christi passionem, nisi in maiorib; hebdomada.

XXI. Imo Innocentij ratio futilissima: non suis vñl̄t̄s viribus potens, sed aduerterij tantum ignavia. Nam quid, si ne Sabbatho quidem maiorib; hebdomadæ propter eam causam fuisse ieiunandum? Quis enim ignorat, nos nūc querere, non quid his illis sit vñl̄t̄s commodum aut incommodum? sed qua legis necessitate hæc inperentur ieiunia? Quam si nullâ tu vñl̄t̄s: pax esto, & de his ieiunijs sic iudicemus, quomodo charitas iuberit in varijs consuetudinib;. Sed, si tu ita ieiunari velis, ut & legem necessariam inducas, & hæresin pronuncies, si quis contra aut fentiat, aut faciat, tum te necesse est non emendare argutias explaciris cuiuscunq; sed ex natura aut rei, aut pietatis, demonstrat ones repeteret, ut cogas etiam contradicentem.

XXII. Et vero, quam vanum sit hoc quicquid est subtilitatis, vide. Si ieiunatur, inquis, Sabbatho hebdomadæ magnæ: ergo ieiunandum omnibus Sabbathis. Quid, si ego, si ieiunandum feria sexta & Sabbatho ante Pascha: ergo etiam inter Pascha & Pentecosten? Hoc ramen negant omnes Veteres. Quid? qui dixit, iñl̄t̄s vñl̄t̄s nñp̄l̄t̄s vñl̄t̄s, vñl̄t̄s vñl̄t̄s. E m̄l̄t̄s, aīp̄l̄t̄s xñm̄l̄t̄s vñl̄t̄s: huic tu putas acumen deesse ad negandam consequentiam? Nimurum hoc illud est: qui sibi potestatem arrogat in instituendorum ieiuniorum, ijdem suo iure putarunt exceptions addere, tam infirmas, profecto, quam ipsas leges: sed tamen eadem probabilitate: itaque qui autoritatem iubentium agnouit, ne subterfugio autoritatem excipientium.

C A P . IX.

De ieiunis quatuor temporum.

I. Quatuor temporum ieiunia celebrantur ternis diebus, videlicet feria quartæ, sexta, & Sabbatho: quater quotannis, nempe prima hebdomada Quadragesima: hebdomada Pentecosten: tercia hebdomada Septembrib;: tercia hebdomada Decembrib;. Quanquam variatum fuisse agnoscat Bellar-

Bellatminus: tum quia non nullis placuit magis prima hebdomada primi
mensis, leunda quarti, tertia septimi, quarta decimi: quæ ratio præscribi-
tur in ordine Romano, elegantius aliquanto, indicando ipsis ordinis, tu quia;
cum olim terda tantum fuissent tempora, quatum post adiecerit Callistus.

II. Originem tamen ducere ab Apostolica traditione probat, primum, auctoritate Leonis expresse confirmantis, sermone secundo de ieiunio Pentecostes: & octauo, de ieiunio septimi mensis: Secundo, quia per vniuersam Ecclesiam obsruata fuere, testibus Leone, sermone 7. ieiunio decimi mensis: & Athanasio, qui pro fuga sua, meminit ieiunij Pentecostes: praescriptum autem Augustinus eiusmodi omnia credenda descendere de Apostolica traditione. Tertio, quia Callistus Papa testetur Epistola ad Benedictum, iam ante sua tempora consuensisse seruari trium temporum ieiunia: à se vero additum quartum. Quarto, quia de ieiunio decimi mensis, quod vnum præcipuumque ex iis quatuor, videatur mentio fieri, Act. 27. Incipiebat enim pericula esse navigatio, quia ieiunium iam pratererat.

III. Sed non esse ab Apostolis, nobis certum: quia illis nunquam definitum, quib. dieb. ieunandum esset, aut minime: testibus Augustino: Socrate, Nicephoro: aliisque argumentis, quae sunt explicata. Berno Augiensis libelli de quibusdam rebus ad missam pertinentib. c. 7. Multe consuetudines Ecclesiasticae inueniuntur à sanctis Patribus infra canonica regula terminos constituta: sicut sunt, Aduentus Domini, septuagesima, quinquagesima, quadragesima, Litaniam maior, dies rogationum ante ascensionem Domini, vigilia quorundam sanctorum, necnon & hac ipsa quatuor temporum ieunia.

IV. Ad argumentum primum, respondeo primo, vnicum ex omni antiquitate Leonem, tot seculis post Apostolos, non esse eius rei testem locupletem: & vulgo iactari, vnam hirundinem ver non facere. Secundo, nego hunc ipsum Leonem id expresse confirmare, nitempe quatuor temporum ieuiaria instituta esse ab Apostolis: Recito verba, ex sermone 7. de ieuiio p̄ Ecclœ, recastes, *Dubitandum non est, dilectissimi, omnem obseruaniam Christianam eruditio esse diuina: & quicquid ab Ecclesiâ in consuetudine est deuotionis receptum, de traditione Apostolica, & de sancti Spiritus prodire doctrina.* Nam cum in die Pentecostes promissa à Domino Spiritus Sanctus expectantium mentes maiori quam unquam copia, & clariore presentia sua maiestatis impluerit, manifestissime patet inter cetera Dei munera ieuiiorum quoque gratiam, que hodiernam festinitatem in diuinis subsequitur, tunc fuisse donatam: ut sicut fuit concupiscentia initium peccatorum, ita sit continentia origo virtutum. Hæc vero verba nihil habent lumine verbis Bellarmino. Nam, primo, aliud est ab Apostolis aliquid institutum esse: aliud de traditione Apostolica, & de Sancti Spiritus prodire doctrina. Patet ab ipso Leone, atque adeo ipsa eorum verborum serie, non enim hæc tantum ieuiaria, sed omnem obseruantiam Christianam: & quicquid in consuetudine deuotionis receptum est, diserte complectuntur. Atqui manifesto falso est, quicquid in consuetudine Ecclesiastica, id ab Apostolis fuisse institutum. Itaque sensus est, ex Apostolica doctrina Ecclesiam didicisse ieuiorum disciplinam in genere, sicut disputat Bellarm. c. 6. atque inde fluxisse consuetudinem, tum horum, tum aliorum ieuiiorum. Itaque non magis hinc concludas esse ab Apostolis ieuiaria quatuor temporum, quam ieuium aduentus, & Rogationum.

V. Locus alter ex 8 de ieiunio septimi mensis, ne ipse quidem concludit quicquam: sed docet usurpatum fuisse eximitatione Iudeorum. Itaque sermonis exordium conatur probare in ea imitatione nihil esse absurdum, *Apostolica institutio*, inquit, que Dominum Iesum Christum ad hoc venisse in mundum noverat, ut legem non solueret, sed impleret; ita veteris Testamenti sacramenta distinxit, ut quadam ex ipsis sicut erant condita Euangelica eruditio profutura decerpatur: & qua dudum fuerant consuetudinis Iudaica fieret obseruantia Christiana. Hoc polito, paulo post assumit, Quod igitur, dilectissimi, ex veteris preicatione doctrine, ad purificationem animarum corporum nostrorum, ieiunium septimi mensis assumimus, non legalibus nos oneribus, sed utilitatem continentia, qua Christi Euangeli seruit, amplectimur. Assumimus, inquit, non autem apostoli instituerunt.

VI. De secundo argumento non sunt repetenda, quæ præced. cap. diximus. Tantum negamus ieiunia hæc quatuor temporum fuisse in vñi per vniuersam Ecclesiam. Atque adeo nullum quisquam proferre potest illustre testimonium in eam rem. Leonis certe nullum ex 7. sermone de ieiunio decimi mensis. Verba sunt. *His conuersationibus, dilectissimi, prouidente gratia Dei addita sunt sancta ieiunia, quæ in quibusdam dieb. ab uniuersa Ecclesia deuotionem obseruantia generalis exigerent.* Vbi in manem Bellarmini incogitantiam libet admirari. Nam, ut omittam, ieiunia quibusdam diebus exacta, non esse necessario ieiunia quatuor temporum: certe, vniuersa Ecclesia, non significat, vniuersam per orbem Ecclesiam Christianam: sed rotundum corpus vniuersiusq; Ecclesiæ: & opponitur priuatis ieiuniis, quæ per singulas exercentur familias. Patet ex sequentib. *Quamuis enim pulcrum sit agnus laudabilis, ut singula quecumque membra corporis Christi, propriis ornentur officiis: excellentioris tamen est actionis, sacratorisq; virtutis, cum in unum propugnatum pia plebis corda concurrunt.*

VII. Athanasius in Apologia pro fuga sua scripsit, τῇ ἑδομῇ μὲν τῷ αἰγαλῷ περικόστῳ, ὁ καὶ νέος οὐας, Hebdomadē post sacram Pentecostem populis ieiunans. Sed hoc esse ieiunium quatuor temporum quis euicit? non potius ordinarium feriae quartæ, sextæq.; Nam, cum a Pascha ad Pentecosten non ieiunaretur, Epiphanius in cōpendiaria doctrina διὰ μητρούς ἡ ιεινία Φυλακτήριον διχομοντινή περιπολής ὀλον τὸ πεντηκοστὸν θεραπεύει. Toto anno ieiunium obseruat, quarta & sexta feria, excepta sola Pentecoste tota quinquaginta dierū. Tum vero exactis iis dieb. id est, elapsa Pentecoste, resumebatur ieiunium. Id ergo Athanasius significauit, incidisse suorem Gregorij Cappadocis in eam Hebdomadem; eosque eius dies, cum ieiunabatur, id est, quartam, vel sextam feriam.

VIII. Callisti testimonium, non nihil probaret si in eo esset aliquantum momenti: sed Epistolas illas Decretales, quis vir doctus non pridē suo proscriptis iudicio? Quanquā Callistus seculo demū tertio post apostolos vivit: fatis amplio spatio, ut nō essent nulla addita, apostolis inaudita. Atque adeo locus ita est, Ieruzalēm quod ter in anno apud nos celebrare didicisti, conuenientius nunc per quatuor tempora fieri decernimus. Nota: didicisti, inquit, apud nos: quid eo opus erat, si vbiq; terrarum? Sed omnino impudentissimū fuisse oportet, qui crediderit à se aliquid conuenientius decretum, quā ab Apostolis. Quæ argumenta credo persuasisse, non tantū Gobius, & aliis ipsius

tura ab eo esse ieiunia quatuor temporū: sed etiam, *Luisprado*, *Platinus*: atque aliis, ieiunia trium temporum: nimurum, ut quæ primum tria tantum eadem post conuenientius quatuor esse voluerit. Quanquam *Micrologus* Gregorio septimo tribuat ieiunium vernale, & aestivale, sic enim appellata autunnale, *Leoni*, & *Gelasio*: *hyemale* sanctæ Romanae Ecclesiæ.

IX. Superest locus ex Actis. Periculosa lucas navigationem dixit suis
se, quia præterisset ieunium: Ergo in Ecclesia iam tum in vsu erat ieu-
nium decimi mensis: sic enim vult Bellarminus. At ego consequentiam
nego. Ille probat: quia nec significet in ediam nauigantium: neque ieunium
Iudeorum. Non illam, alioquin dixisset Lucas non ieunium absolute, sed
magnum ieunium; nec ~~in se omni~~, sed potius ~~in rite~~, ut eodem capite. Non ie-
unium Iudeorum, quia liber Actor. non Hebreus scriptus, sed Christianis.

X. Respondeo, recte negatam esse consequentiam: atque adeo neminem hactenus fuisse, qui de ieiunio Christianorum exposuerit: ne ipsum quidem Bellarminum satis sibi confidere. Neq; n. certo ita esse. Ceterum, fateor nulla probabilitate nisi Lyranum. Caietanum, atque eos, qui interpretantur nautas in multa inedia fuisse. Quid enim haec ad periculum nauigationis? Cum iam, inquit, non esset tuta nauigatio, *ἀλλά τότε τὸν ναυαγίου προσελκύσας*, eo quod iam etiam ieiunium prsteriisset. Et quidem ante orram tempestatem: quia statim sequitur admonitio Pauli, cique opposita securitas naturarū, cui Centurio est assensus. Ut omnino necesse sit, a Luca describi tempus huius nauigationis, quo lolet mare esse periculosem.

XI. Sed intelligi ieiunium Iudaorum monuit Syrus interpres נַחֲרֵי יְהוָה, in diem quo preterierat etiam dies ieiunii Iudaorum. Et Chrysostomus, in seculum enim eiusdem diei ieiunium hic opinor dici, quod Iudei seruant. Quae totidem verba descriptis Theophylactus sed Ecumenius rotundius. נַחֲרֵי יְהוָה, in ieiunium hic Iudaorum dicit. Anni tempestatem hoc modo descripsi notant, μῆνας τὸν πεντηκοστὸν ἐξάπλων εἰπόντες μὲν πολὺς χρόνος, οὐ καὶ τὸ χειδὸν τὸ λεπτὸν καὶ διχρόνιον τομένην τὴν πεντηκοστήν, Post Pentec. n. exierat inde multo tempore, adeo ut ipsa ferme hieme esset tuta Cretā. Vnde manifestum etiā, non venisse in mentem Chrysostomo, & Ecumenio ieiunium decimi mensis, quod Bellarm. manuult: nam hoc in media est hyeme, non vero prope hyemem. Vnde Calvinus & Beza notarunt ieiunium intelligi Expiationis, decimo mense, id est, extremo Octobri.

XII. Atqui, inquit, non Hebreis: sed Christianis scriptus liber Actorum. Ridicule, inquam, Primo, cur non Iudeis? Nam Scripturæ, et si dominio, vta dicam, propriæ sint Christianorum, ramen vsu publicæ sunt. Deinde quasi non tunc temporis Christiani magnâ partē Hebrei essent. Deniq; cur Christianis minus poruit tempus designari nota aliqua Iudaica quâ aliquâ Gentili? Nam sâne tempus nativitatis Christi denotatur à Luca, per descriptionem factam præside Cyrenio. Tempus Baptismi Christi, per i. c. Tiberii.

XIII. Quare nullo argumento probari potest ieiunium quatuor temporum institutum fuisse ab Apostolis. Nunc instituendi rationes audiamus. Quatuor præcipuas Bellarminus collegit: sed qui Bellarmine præcessere scholastici, subtilius sunt Philosophati, Amalarius Fortunatus, de officiis lib. 2. c. 2. Berno Augiensis c. 7. libelli de quibusdam ad Missam pertinentibus. Operæ pretium fuerit tanta mysteria non prætermittere: ut ne quis ignoret diuinam Papistarum religionem. Sic ergo Amalarius, à quo Berno descriptis, Quatuor temporib. annus revolutio: vere, estate, autumno, hyeme. Hac quatuor tempora solent nos per delectamenta sua reuocare ab amore creatoris qua de re ieiunandum est in unoquoque tempore, ut castigentur nostra quatuor elementa, ut subripiantur à delectationibus mundi. Ipsa enim quatuor elementa coniuncta sum in sua natura quatuor temporib. anni. Ver est calidum & humidum. In eo facimus unum ieiunium, ut elementum humoris in nobis castigetur, ne consentiat falsa pulchritudini veris. Ex humore & calore nascitur pulchritudo terra. Aetas seca est & calida: in qua alterum ieiunium facimus, ut castigetur elementum caloris in nobis, ne consentiat incendio carnali. Tertium ieiunium fit in autumno, qui est humidus & siccus (corrigere ex Bernone, frigidus, & siccus) ne aliquo languore animi arescamus, ac defluamus & inneniamus sine pingue crudine oleo & in eterno tabernaculo. Etenim illo tempore congregamus, quo fruatur in futuro. Quartum ieiunium fit in hyeme, qua est frigida & humida: ne membra nostra fluxu atque luxu soluantur in commissationibus, & portationibus, ac per hoc negligatur amor Dei. Acute, & eleganter! Quis neget? Quanquam non video hyemis rationem: cum enim aliis temporib. remedia constituta sint, humido, calido, siccо, videbatur hyeme remedium futurum, frigido: Athoc quam bene exprimitur, per ne membra nostra fluxu, atque luxu soluantur, alij viderint. Ponamus tamen, perinde esse: unum certe non oportuit omissum: utrum sit nefas, vere calorem, & state siccitatem, autumno frigus, hyeme humidem castigari: quantumcunque nos hæc elementa reuocent tu in temporis ab amore creatoris.

XIV. Hanc subtilitatem Bellarminus non putauit dignam suis controversiis: positam pato in minutulis rationibus: vt tantum preceps labor non occuparetur, nisi in praecipuis. Has ergo praecipias videamus. Prima est, ne ludis Christiani hac parte remissiores viderentur, quib. constat ex Zachariae octauo fuisse ieiunium solenne quater in anno, mensib. quarto, quinto, sextimo, decimo. Fuit enim aequalis, ut Christiani, illis perfectiores, totidem haberent. Sic esse ratiocinatos, Callistum epistola, ad Benedictum & Leonem, sermone septimo de ieiunio septimi mensis: quarto & sexto decimi.

vasis sacræ deportatio in captiuitatem, qui salvi remanserunt in Iudea, eos dies, quibus acciderant illa, nefastos existimarentur, & abominandos, sed &c. multi concurrentes plancum fecerunt, & luctum, atq. ut in ieuniis cibo abstinerent.

XVI. Vbi aduertenda magna Leonis incogitania, serm. de ieunio septimi mensis, Apostolica institutio, que Dominum Iesum Christum ad hoc venisse in hunc mundum noueras, vt legem non solueret, sed impleret, ita Veteris Testimenti decretæ distinxit, ut quadam ex eis sicut erant condita, Euangelie & eruptions profutura decerperet, & que dudan fuerant consuetudine Iudaicæ fierent obseruancia Christiana. Quamvis enim varietates hostiarum, differentia baptismatum, & otia sabbatorum, cum ipsa carnis circuncisione cessauerint: manent tamen ex ipsis voluminib. etiam apud nos plurima precepta moralia. Et cum inde dicatur, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & Diliges proximum tuum sicut teipsum, Christo Domino dicente, Cognovimus, quod in his duob. mandatis tota lex pendet & Propheta. His ille, quæ verissima sunt, abutitur ad ieunium septimi mensis: quasi aut hoc esset præceptum morale aut legitima efficiatio, à moralibus ad ceremonialia.

XVII. Sed Chistiani sunt perfectiores: ergo totidem ieunia habere debuerunt. Itane: & deinceps nulla erit perfectio Christiana, nisi pluribus aut certe totidem ceremoniis videntur, quæ erant ante Christum? Atqui Paulus longe aliter ad Gal. 4. Nunc cum cognoscatis Deum, immo potius edocetis à Deo quomodo conuertimini retrorsum ad impotentia & egena elemēta, quib. retrorsus ab initio seruire vultis? Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos. Mero de vobis, ne frustra fatigatis apud vos. Unde certo colligitur, quo perfectiores iunt Iudeis Christiani, hoc minus obseruanda eis ieunia mensum primi, quarti, septimi, decimi. Ut necesse sit aut Theologiam, aut Dialecticam altam fuisse olim Paulo, aliam hodie Bellarmino.

XVIII. Sed rursus ille: Etiamsi ceremonias Iudeorum, quæ significatio- nis causa instituta fuerant, imitari non possumus, tamen exercitia virtutum communia sunt vtriq. testamento, & magis conueniunt Christianis, quam Iudeis.

XIX. Verum, inquam, aliud est ieunium, aliud ieunium mensis primi, quarti, septimi, decimi. Ieunium, vt cōcedam esse exercitium virtutis (quod quidem verum non est) tamen ieunia certorum temporum pertinent potius ad ceremonias, & ritus. Itaq; à Paulo numerantur in elementis impotentibus & egenis. Nam prōfectio exercititia virtutum per totam vitam curunt, non autem certis quibusdam tempestib. assignantur: & ille abominandus est, qui doceret, exempli gratia, aut Deum proximumque amandum duxat hyeme, aut vitandam scortationem vere: aut homicidia non facienda æstate: aut non furandum autumno. Cum ergo ieunium septimi mensis non possit obseruari vere, aut hyeme ieunium quarti, aut autumno ieunium primi, apertissime constat non esse exercitia virtutum.

XX. Secundam institutionis causam recenset, ordinationes clericorum. Nam etiamsi primi summi Pontifices sacros ordines non conferrent, nisi mense Decembri, postea tamen, crescente numero ordinandorum, institutum est, vt alijs etiam tribus temporibus sacri ordines conferrentur: vt ex Epistola 1. Gelasij intelligi potest.

XXI. Apostolos scimus vlos esse ieunio, in eligendis quib. Ecclesiæ cura committeretur: et si nullam inde legem factam sciamus: & forte non semper factum. Quicquid id sit, hoc prætextu scimus hæc quatuor temporum ieunia commendari à Romanis. Nam apud Græcos nulla fuere. Sed inutiliter. Nam repetendum est agi non de ieunio, sed de ieunio statu, atq; hoc quidem quatuor temporum. Nos vero negamus. Si ieunandum sit in ordinationibus, statim sequi: statim temporib. ieunandum. Ratio facilis, quia nec statim quidem temporibus ordinationes facienda: sed varie, prout cuique Ecclesiæ necesse est prouidere. Sic Cyprianus Epist. 24. lectorem Saturum & hypodiaconum Optatum confessorem ordinavit: Epist. 33. Aurelium lectorem: 35. Numidicum presbyterum. Quibus exemplis addi possunt infinita, si quis diligenter inquirat.

XXII. Rursus magna absurditas, indici ieunia vniuersalia per totum orbem in obcam causam, quum tamen ordinationes paucis fiant locis: vnde sit, fortuita sit ieunantium intentio: nam ieunabunt qui in pagis sunt, quū nesciant, quid fiant in virbe: est autem absurdum pietatem in incertum ferri. Itaque Act. 4. ordinationes factæ dicuntur & ieunia per singulas Ecclesiæ: Quumque ipsis per suffragia creassent per singulas Ecclesiæ presbyteros, precati, essent cum ieunii, commendauerunt eos Domino in quem crediderant. Quid? quod inde oportuerit etiam negligi hanc causam? Albinus Flaccus de Liuinis officiis capite de quatuor temporibus: & Amalarius libri 2. c. 7. Quamvis ordinatio in memoratis temporib. non celebretur, sicut nec à primis Episcopis celebrata fuit, tamen necessario oportere nostra religioni quatuor ieunia annuatim celebrare.

XXIII. Denique hinc constat falso dictum, hæc esse ieunia ex Apostolica institutione. Nam quis credit propter ordinationem ieunia instituisse Apostolos, cum nulle tamen ordinationes fierent? Si ergo mense tantum Decembri factas ordinationes verum est à primis Pontificib. non est verum instituta iisdem temporib. quaterna ieunia. Quid Apostolos dico? Ipso Callisto, quem autorē quartifaciunt, recentius inuentum oportet esse. Collige ex Amalario lib. 2. c. 1. Primi Apostolici semper in Decembrib. mense, in quo nativitas Domini nostri Iesu Christi celebratur, consecrationes ministrabant, usque ad Simplicium, qui fuit à Beato Petro quadragesimus nonus: id est, quinto tandem seculo: atque eo inclinante confertur enim Simplicij annus pronus à Baro- nio in sexagesimum octauum Christi supra quadringtonos Adeo non bene Papistis subducta ratio est. Quid? quod ne à Simplicio quidem hic quatuor ordo temporum. Pergit enim Amalarius, Ipse primus sacramit in Februario: nullor, nullam ob aliam causam, nisi intimando coniungendos propinquius Christi corpori, qui per sacram ministerium prouebantur.

XXIV. Tertia causa assignatur, vt his temporib. Deus supplicetur pro frugib. & fructib. terræ, & pro iisdem iam perceptis gratia agantur. Nam in iis quatuor temporib. aeris temperies maxime variatur, & fructus omnes, ac fruges vel seruntur, vel nascuntur, vel maturantur, vel colliguntur. Ratione adfert Leo sermone secundo, quinto, oītauo de ieunio decimi mensis.

XXV. Sed Leo de collectis fructibus agit ille quidem: de fatis, natis, matutis, taceret. Itaque hæc ratio, eo quidem autore, ad ieunium postremum pertinet, quod est decimi mensis, ad reliqua nihil attinet. Quanquam hoc ipsum Leo non bene perpendit, esse alienum a natura ieunij, quæ à luctu nō debet separari: est autem luctus alienus à perceptione fructuum ter- tæ: Ps. 27. Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent. Et vero ieunari, cum aguntur Deo gratia pro acceptis beneficiis, eadem ratio prohibet. Ne quidem semper, cum precies concipiuntur pro obtainendis: non enim semper id sit cum luctu. Itaque hæc ratio, neque necessaria est, vix etiam verisimilis.

XXVI. Superest quarta, & postrema, vt sicut habetur solenne ieunium singulis annis nempe Quadragesima, & ieunium statum singulis hebdomadib. sic habeatur ieunium aliquid singulis mensibus.

XXVII. Optime. Sic enim solet superstitioni nullus esse finis. Atqui nos sicut negamus debere vllum statum esse ieunium aut singulis annis, aut singulis leptonibus, sic negamus vllum debere esse singulis mensibus. Quāquam, si singulis mensib. cur sint duntaxat quatuor? Scio computari ternis dies per singula ieunia: sed nihil ineprius, quam haberi singulis mensibus ieunia, quia quatuor mensib. ternis diebus ieunetur. Enimvero nihil est tam leue, nullum tam puerile commentum, quo non cumulate sibi satisfactum putet supersticio.

C A P. X.

De ieunis Aduentus: Et Rogationum, & Vigiliarum.

I. Væ superfluit ieunia, nihil habent difficultatis. Aduentum Domini ieunio celebrari in Ecclesia Romana, docet ex Innocentio tertio, & Breuariario Romano. Agnoscit tamen consilij esse, non præcepti. Rogationū dies triduo ante Ascensionem, institutos à Marmerto Viennensi Epiloco, teste Gregorio Turonensi. Vigiliarum ieunia (sunt autem vigilia diebus precedentibus magna festa) probantur ex Bernardo, & Burchardo.

II. Neminem ista mouere debent. Testes enim recentissimi, & omnes Latini, argumento sunt, neque antiquam rem esse, neque vniuersalem. Sed pri uatas institutiones, vatis & locis, & temporibus: quibus grauari Ecclesiam Christianam indigne est: Rogationes Mamertus instituit inuita veteri Ecclesia. Incidunt enim inter Pascha & Pentecosten, cum neque ieunaretur, neque ieunari fas esset. Quod Bellarminus agnoscens, videri sibi significat hanc obseruationem consilij fuisse: et si non improbat aliebui & seruari tanquam lege imperatum, & seruari posse. Nimurum hoc ipso probans, nihil esse incertius superstitione, aut inconstantius.

C A P. XI.

De diebus, quibus ieunare non licet.

I. Illa pars sequitur, quæ de iis diebus est, quibus non licet ieunare: breuis letiam ipsa. Probat Bellarminus testimonio Veterum, ieunandum non esse vlo die Dominicō, neque inter Pascha & Pentecosten, neque in Natali Domini. Quod nemini quidem incognitum est, cui vel de nomine Patres sint cogniti.

II. Sed nos tamen eadem superstitione & vetari, & præcipi ieunia certis diebus, credimus, si dierum ratio habeatur. Credimus tantum causas inspiciendas. Et quia ieunium, vt sèpè dictum, luctus est, nunquam ieunandum, nisi occasio sit lugendi. Itaque in gaudio, qui ieunari, hanc iungere gryphos equis, & rerum naturam peruertere. Et vero Veteres hac causa fuisse inductos, ipse agnoscit Bellarminus.

III. Itaque existimamus veterem illam cautionem intelligentiam de statu ieunii: nemirum, vt sit nefas ieunare iis diebus, sed ex lege iis diebus peculiari. Apparet ex Augustino, cui non improbat ieiunium diei Dominicæ, dummodo per accidens. Epist. 86. quæ ad Cæsulanum, Die dominica ieunare scandalum est magnum: maximè, poſtequam innotuit detestabilis, multumque fidei Catholicæ, Scripturisque diuinis apertissime contraria heresis Mazichæorum, qui suis adiutoriis ad ieunandum istum tanquam constituerunt legitimum diem, per quod factum est, vt ieunium diei Dominicæ horribilis haberetur, nisi forte aliquis idoneus sit, nulla refectione interposta, ultra hebdomadæ perpetuare ieunium, vt ieunio quadraginta dierum, quantum potuerit, appropinquet, sicut aliquos fecisse cognovimus. Quemadmodum enim veterum patrum temporib. Moyses & Helias nihil contra prandia Sabbatorum fecerunt, quum diebus quadraginta ieunauerunt: ita qui potuerit septem dies ieunando transire, non sibi ad ieunandum elegerit diem Dominicum, sed in iis eum inuenit quos ieunaturum se voulit plurimos dies.

IV. Hanc vero rationem, Scriptura docet debere esse vniuersalem omnibus diebus: nemirum, viciunemus, prandeamus, non propter eos dies, sed propter causas alias, quæ quia nunquam certis diebus sunt assignatae, ne ieunia, quidem oporteat esse stata. Christianus ergo, vt nunquam ieunaturus est die Dominicæ, propter ipsum diem, sic neque putabit se impingere in Christianam religionem, si eodem die superniens certa legitima quæ causa, exegerit ieunium. Et rursus si nulla ieunij sit causa contra etiam gaudij, non tantum Dominicō prandebit, & Paschali, & Natali, sed etiam feria sexta: & Rogationum diebus & Vigiliis, & reliquis.